EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

9. 7. 368.

XXIX

Digitized by Google

D.

AV

M

A

J

EX

Google

D. JOH. FRIDERICI Hertels/
AVLÆ ET REGIM. SAXO-VINAR. VT ET CVR. PROV. JENENS. ADVOC. ORDINARII

MEDITATIONES ACCESSORIÆ

SIVE

ANNOTATIONES

SVCCINCTÆ

AD

JOACHIMI HOPPII

EXAMEN INSTITVTIONVM IMPERIALIVM,

In gratiam Commilitonum ſuorum publicis typis commiſſa.

...TINAE·BIBL...

JENÆ,
APVD JO. FELICEM BIELCKIVM,
M DCC XV.

NOBILISSIMO ATQVE POLITISSIMO JUVENI,

DOMINO

JOANNI JVSTO VOIGTS,

RIDDAGESHVSANO-BRVNSVICENSI,

JURIUM CANDIDATO SOLERTISSIMO,

FAVTORI ET AMICO SVO ÆSTVMATISSIMO,

MEDITATIONES HASCE ACCESSORIAS

OFFICIOSE DEDICAT

AUTHOR.

Digitized by Google

VIR
JUVENIS NOBILISSIME
ATQUE PRÆSTANTISSIME,

FAUTOR ET AMICE
ÆSTUMATISSIME, SUAVISSIME,

CUi potiùs, quàm Tibi, nobiliſſime Domine VOIGTS, dedicarem ſuccinctas haſce, quæ cenſuræ publicæ committuntur, meditationes, quas ad celeberrimi HOP-

PII

PII examen Inſtitutionum, *in gratiam Commilitonum meorum, qui ad ſolidam nervoſamque doctrinæ* Lynckerianæ *analogiam, uberioremque ipſius* Authoris *commentationem ſubinde remitti cupiebant*, ὡς ἐν παρόδῳ *concinnavi. Nimirum triennium ferè eſt, ex quô Muſas noſtras Salanas ſalutanti, Author Tibi fuit & dux, contubernalis veteranus, cujus profectûs haut vulgares in exemplum dicam vel æmulationem Tibimet propoſueras, ut non ſolùm hoſpitio meo qualicunque & convictui, ſed informationi quoque meæ Tute committeres, adeòque & corpus tuum pariter ac animum, h. e. ex aſſe Temetipſum mihi concrederes. Quan-*

tâ verò humanitate & benevolentiâ me hoſpitem ſubinde amplexus fueris, nil attinet hîc ampliùs deprædicare. Propiùs huc facit amor & ardor Tuus, quô me docentem perſequebaris; neque tamen totum hic enarrabo catalogum lectionum, quibus aſſiduus interfuiſti auditor. Hoc ſolùm ſilentiô hîc prætereundum non eſt, quàm avidè exceperis doctrinas meas? cùm explicarem Examen Hoppianum, *illudque ad cynoſuram ſcriptorum Lynckerianorum dirigerem; quàm promptus fueris in reſpondendô? quando lectiones præmiſſas repetebam atque pro intentione Authoris ad examen revocabam. Publicis dehinc ſpeciminibus comprobaſti, quàm Tibi*

fuerit curæ cordique, dogmata Hoppiana juxta cum analogiâ Lynckeriana in ſuccum, quod ajunt, & ſangvinem convertere? Poſtquam velitationibus cathedralibus, juxta cum aliis commilitibus ſtrenuis, Hoppiana erotemata *& reſpondendô propugnares, & opponendô illuſtrationis anſam præberes, atque per ejusmodi trituram, fortiorem, ad inſtar aromatum, fragrantiam ex nitidisſimô eliceres compendiô; idque non minùs ſub meô potisſimùm arbitriô. Accedit denique Conſultisſimi DN. PARENTIS Tui, qui omnem in Tuâ collocat induſtriâ & obſequiô ſpem & fiduciam, ſingularis favor & affectus, qui vice non unâ literis ſuis, iisque*

haut inanibus, ſuam in me benignitatem affatim eſt conteſtatus. Accipe igitur benevolâ manu hilarique fronte, quem Tibi nunc offero, ſinceri amoris arrhabonem, meque reciprocô tuô amore haud dedignare. Vale! & ſpem Tuorum implere non deſine, iterumque vale! Dabam è Muſæo d. 10. *Decembr.* CIↃ IↃ CC XIV.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD
BENEVOLUM LECTOREM.

PRodeunt denuò, poſtquam *meditationes acceſſoriæ ad* B. STRY-

Digitized by Google

KII *examen feudale* publìcam adſpexerunt lucem, & ambiguis ſeſe committunt fatis novæ, quas ad alium, juris ſcilicet civilis, libellum erotematicum, *Examen* putà *Inſtitutionum Imperialium*, à celeberrimô HOPPIO concinnatum, concepi, annotationes ſuccinctæ; non quidem JCtis aut Doctoribus, neque fortasſis Papinianiſtis, lytis aut

aut prolutis, ſed juſtinianæis novis, illis verò præ cæteris, qui noſtras ſequuntur ſcholas, eum in finem præſcriptæ, ne tædioſis dictatis conſumere tempus oporteat, non nihil tamen repetitioni relinquatur. Non ergò quæſiveris hîc, Lector benevole atque humaniſſime, profundæ admodum eruditionis theſaurum, variis librorum al-

legationibus refertum; id potiùs in primis curavi, ut Authorem ex Authore, cum quilibet ſit optimus verborum ſuorum interpres, redderem perſpicuum; indeque videas, me ſubinde ad *commentarium* ipſius majorem provocare, atque ſive parallelismum ſive ſupplementa candidè indicare; niſi quòd ad procemium *præcognita* STRYKIANA,

NA, commentario iſti annexa, conferre, conſultum putaverim. Dehinc & in civilibus elementis meos quidem aſſeclas non potui ad accuratiſſimam doctrinæ LYNCKERIANÆ ſoliditatem non amandare; ſæpiùs itaque *analecta*, præſertim quæ *Locammerianas* concernunt Inſtitutiones & notas, præ oculis habui, &, ubi congruum eſſe

videbatur, adduxi, flocci pendens, quicquid oggranniat naſutus Sciolus. Alium quidem præeuntem, cujus veſtigia doctrinarum mecum, quâ par eſt, libertate ac modeſtiâ perpenderem, non habui; quamvis enim totidem ferè habeamus editiones examinis hujus *Hoppiani*, quot proſtant de *Strykianô* feudali; nemo tamen eſt, quod quidem

dem ego noverim, qui hactenus ad illud ſuas divulgaverit cogitationes; utut aliàs me haut fugiant *animadverſiones*, quas ad commentarium majorem, cum collatione examinis, ſuccincto labore nec ſpernendis undiquaque rationibus, quæ plerumque probatiorem fovent ſententiam, aliquot abhinc annis edidit *D. Beckius:* qui fortè feret æ-

quiùs,

quiùs, ſi quâ in parte ab ipsô diſſentiam, quàm delicatus ille adverſarius, cujus crabrones irritavi in meditationibus ad examen Stryckianum. Equidem nec illud me fugit; quôd nundinis hiſce autumnalibus Lipſiæ prodierint *Animadverſiones Examinis Hoppiani*, quas *Author anonymus*, diſputationibus publicis ventilatas, orbi literato com-

commendavit: verùm eaſdem ad illuſtrandas has meditationes, quæ jam dum ſub prelo ſudabant, hâc vice non licuit adhibere. Quod reliquum eſt, utere hisce, ſi quem fructum inde ſperas, meditationibus theoreticis, &c, quicquid eſt inibi probum ac utile, directioni Divinæ, errores verò imbecillitati humanæ imputabis; ſique

non

non ingratam fuiſſe, cognovero qualemcunque meam operam, poſthâc tum alias *meditationes* theoreticas ad *compendium Pandectarum Lauterbachianum*, tum & ad promovendum ſtudium praxeos juridicæ unum alterumve ſpecimen exhibebo, ſive illud ſit *Introductio ad Praxin univerſam* cujuslibet juris, quod nunc in noſtro

viget

viget imperiô, dudum literis exarata & novis ſubinde ſcriptoribus practicis ſtipata; ſive *Interpres Inſtitutionum Imperialium practicus*, ſingulos ferè paragraphos ad applicationem fori producens, ſive aliud, quod juxta lineamenta jamjam concepta pro modulô talenti divinitus conceſſi ulterius producere licebit vel elaborare. Interim,

qua

qua par eſt, obſervantiâ & inſerviendi ſtudiô gratioſis atque benevolis Lectoribus me ſemper cupio haberi commendatiſſimum.

I. N. J.

Digitized by Google

I. N. J.

ANNOTATIONES SUCCINCTÆ AD JOACH. HOPPII EXAMEN INSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

AD RUBRIC. ſ. INSCRIPT. TITUL. LIBRI.

E*Xamen)* Metonymice ac ſyſtematice ita dicitur. vid. *medit. noſtr. ad Exam. jur. feud. Stryckian. rubr.* Ejuſmodi Examen ex compendio & ſcriptis Lauterbachii nuper etiam congeſſit, Berneggerus. Ff. 1714. 8.

Inſtitutionum) Quæ etiam *Inſtituta* recte vocantur. vid. *Analect. Lynckerian. ad proœm. Inſt. rubr. it. Author. comment. Inſt. ad d. rubr. proœmii.*

Digitized by Google

Imperialium) Sive Juris civ. Romani ; à quibus diſcernendæ Inſtitutiones juris Pontificii ſ. Canon. à Lancellottô editæ, ad quas proſtat commentarius *Ziegleri.*

rudimenta) ſeu Principia & *Elementa* tyronibus vel Juſtinianæis novis præcognoſcenda. *conf.* §. *2. Inſt. de J. & J.*

ſolidiora) Profectioribus diſcenda, & ad *acroamaticam* doctrinam ſpectantia.

typorum diverſitate) Ita ut illa majoribus, quos typographi vocant Mittel-Antiqua und Mittel-Curſiv ; hæc vero minoribus, Corpus-Antiqua oder Corpus-Curſiv, exprimantur. vid. *Autor. præfat.*

Textibus) Sed & ad Doctores quandoque alios provocat. vid. *d. præfat.*

AD PROOEM.

I. N. J.) An invocatio Nominis Divini hodienum præmittenda Epiſtolis Principum, vel neceſſaria in ſinſtrumentis? vid. *Author. comm. Inſt. ad proœm.*

Hiſtoria Juris civilis) Quam aliàs nervoſe tradit Jac. Gothofred. *in manual. jur.* Ex recentioribus Gravina *de jur. civ. ort. & progreſſ.* De aliis vid. Struvii *bibliothec. jur. cap. 4.* §. 1. add. Stryk. *præcogn. jur. annex. comment. Hoppian.*

A 1

Ad Qu. 1.

Triplex tempus) Seu tres Epochæ. Paulò aliter has ætates diſponit Gothofredus *man. jur. c. 1. ſeqq.* & Struv. *Ex. ff. I. th. 62. ſeqq.* Accuratiùs L. B. de Lyncker, *comm. ff. L. 1. t. 2. §. 2. ſqq.*

Ad Qu. 2.

ante Juſtinianum) Hanc epocham pleniùs deducit Eberlinus *de orig. jur. ad ſeriem Legis 2. ff. de O. J.* Compendioſè *Rupertus* & *Coccejus*. vid. Struv. *d. l. th. 62. usque 68.* Nervoſè L. B. de Lynker. *d. §. 2.*

Ad Qu. 3.

Regiæ) It. *Curiatæ.* vid. Struv. *d. th. 62.* Stryk. *præcogn. jur. cap. 1. §. 2. ſeqq.*

Ad Qu 4.

incerto fere jure) Vid. Stryk. *præcogn. jur. d. c. 1. §. 6. ſeqq.*

per 60. annos) Alii juxta *l. 2. §. 4. de O. J.* malunt per 20. annos. vid. Struv. *d. l. th. 63.* Conciliat L. B. de Lyncker. *d. §. 2.* per diſtinctionem *exact. reg.* & *abrogat. leg.*

primo X.) Eboreas. *l. 2. §. 4. d. O. J.* vid. L. B. de Lyncker. *d. §. 2.*

Poſt XII. Tabb.) Vid. Stryk. *d. l. §. 9. ſeq.*

Ad Qu. 5.

ſublata Decemvirorum poteſtate) Vid. Stryk. *d. l.* §. *11. ſeq.*

Ad Qu. 6.

triplicia) Vid. Stryk. *d. l.* §. *13. ſeqq.*

addi poſſunt) Nec tamen differunt ab illis ſpeciebus. vid. Stryk. *d. l.* §. *17.*

Ad Qu. 7.

interpretationes Prudentum) Vid. Stryk. *d. c. 1.* §. *19.* Eſtque hæc Jurisprudentia media.

Legis actiones) Vid. Stryk. *d. l.* §. *20.* Has tamen formulas *legitimas* diſcernere convenit ab illis *Actionibus legis*, quæ ad ſtatum perſonarum pertinent, & inter actus voluntariæ *Jurisdictionis* numerantur. L. B. d. Lyncker. *d. l.*

Leges ſingulares) Vid. Stryk. *d. l.* §. *18.*

Plebiſcita) Vid. Stryk. *d. l.* §. *22.*

SCta) Vid. Stryk. *c. l.* § *23. ſeq.*

Edicta) Vid. Stryk. *d. l.* §. *25. ſeqq.*

Ad Qu. 8.

Præter jura) Vid. Stryk. *d. c. 1.* §. *29. ſeq.* L. B. de Lyncker. *d. l. p. m. 37.*

tres tandem Codices) Vid. Stryk. *præcogn. jur. c. 2.* §. *4. ſeq.*

Ad

Ad Qu. 9.

explicationem) Sunt enim jura diſcenda duplicis generis, quædam authoritatis gratia, quædam verò doctrinæ tantùm cauſa ſunt cognoſcenda, vid. *Manuduct. noſt. ad ſtud. jur. ſect. 3. c. 1. per tot.* Conf. Stryk. *præcognit. jur. cap. 2 §. 31 ſeq.*

Ad Qu. 10.

Juſtinianus) De quô vid. Stryk. *præcogn. jur. cap. 2. §. 1. ſeqq.*

conſici curavit) Conf. Stryk. *præcogn. c. 2. §. 6.* L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2. §. 4.*

Poſtea Digeſta) Vid. Stryk. *d. l. § 7. ſeqq.*

Inſtitutiones) Vid. Stryk. *d. l. §. 11.*

repetitæ prælectionis) Vid. Stryk. *d. c. 2. §. 18. ſeqq.*

Novellæ) Vid. Stryk. *d. l. §. 27. ſeqq.*

Ad Qu. 11.

ex reſponſis JCtorum) Vid. Stryk. *d. c. 2. § 9. ſeq.* L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2. §. 5.*

Ad Qu. 12.

dividuntur) De ordine vid. Stryk. *d. c. 2. §. 13.* L. B. de Lyncker. *d. §. 5.*

Ab Imperatore) Vid. Stryk. *d. l. §. 14. ſeq.*

VII. Partes) Ratio eſt incerta. vid. Stryk. *d. l.* Ad Planetas alludit Pacius in *Iſag.*

A Gloſſatoribus) Vid. Stryk. *d. l.* §. *16.* ubi §. *17.* de optimo Exemplari Florentino, Conf. L. B. de Lyncker. *d l.*

Ad Qu. 13.

Quomodo allegantur) Conf. Stryk. *præcognit. cap. 9.* §. *3.*

Ad Qu. 15.

Repetitæ prælectionis) Add. L. B. de Lyncker. *comment. ff. L. 1. t. 2.* §. *8.*

Ad Qu. 16.

Reſp. Affirm.) Vid. Stryk. *præcogn. jur. c. 2.* §. *19.* Conf. Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2.* §. *6.*

Ad Qu. 18.

Reſp. Aff.) Vid. Stryk. *præcogn. c. 2.* §. *20.* & *ſeqq.* Conf. tamen L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2.* §. *11.* & *Analect. ad* §. *2. proœm. Inſt.*

confugiendum) Quod tamen Locamerus ad §. *ſ. Inſt. de uſucap.* perperam fecit. vid. *Analect. Lynckerian. ibid.*

Ad Qu. 19.

Non verè tales) Conf. *Analect. Lynckerian. ad* § *2. proœm. Inſt. it. comment. ff. d.* §. *11.* (ubi nec *Tavtologiæ* otioſæ agnoſcuntur; & ſub not. * Cenſores Juris Juſtinianei reprobantur.) Auctor tamen *comm. ad d.* §. *2.* aliquas verè tales admittere videtur.

Ad

Ad Qu. 20.

Quomodo conciliandæ?) Add. Author *comment. ad d. §. 2. proœm. Inſt.* Gaſtel. *ſpec. jur. proœm.* Schotan. *exam. jurid. p. m. 26 ſeq.*

fugitivæ) Quæ nihilominus in materia ſedis ordinariæ ſunt authenticæ; & diſcernendæ a legibus reſtitutis a Contio, Cujacio, & aliis; quas per fugitivas intelligit Beckius *not. ad Author. comm. d. l.*

Ad Qu. 21.

In XII. Lib.) Vid. Stryk. *præcogn. jur. c. 2. §. 26.* Forte ad faciem XII. tabularum. vid. Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2. §. 4.* Ad Zodiacum alludit Pacius *in Iſag.*

Ad Qu. 22.

Quæ plurimum fere) Add. Stryk. *præcogn. jur. cap. 6. §. 1. ſeqq.* & Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2. §. 9.*

Conveniunt) Vid. Stryk. *d. c. 6. §. 5. ſeq.* Diſſent. L. B. de Lyncker. *analect. L. 1. t. 2. th. 68. & comm. ff. d. §. 9.* cujus ſententia in praxi recepta. Stryk. *d. l. § 7.*

Ad Qu. 23.

derogant) Plerumque, vid. Stryk. *præcogn. jur. c. 2. §. 27.* Nam quandoque jus antiquum confirmant & explicant, vel etiam ſupplent;

conf. Klein. *annot. ad Lauterb comp præf. verb. ſuppletorii ſ. correctorii.* Add. de illarum Authoritate L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2. §. 10.*

Ad Qu. 25.

In IV. Libros) Ad numerum Elementorum poſt Pacium *Iſag.* alludit Author *ad* §. 4. *J. proœm.* Sed vid *Analect. Lynckerian. ad d.* §. 4. & *comm. ff. L. 1. t. 2.* §. 7. ubi potiùs in imitatione Caji ratio hujus partitionis fundatur.

Ad Qu. 26.

Neg.) Vid. Stryk. *præcogn. jur. d. c. 2. §. 12.* Author *ad* §. 5. *proœm. Inſt.*

niſi quatenus) Neque tamen hac ratione dici poteſt derogatio formaliter talis in canone integræ legislationis. vid. omninò *analect. Lynckerian. ad* §. 4. *proœm. Inſt.* & *comm. ff. L. 1. t. 2.* §. *11.*

Ad Qu. 27.

Aff.) Vid. Stryk. *d. l.* §. *11.* conf. Locamer *not. ad* §. 4. *proœm. Inſt.* L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2.* §. 7.

Ad Qu. 28.

Status juris poſt Juſtinianum) Add. Stryk. *præcogn. jur. cap. 3.* Struv. *Exerc. ff. 1. th. 70.* L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2.* §. *10. ſeqq.*

In oriente) Vid. Stryk. *d. c. 3.* § 2. L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 2.* §. 14.

novis conſtitutionibus) Vid. Stryk. *præcogn. d.* §. 2.

Libris βασιλικῶν) De quibus vid. Stryk. *præcogn. jur. cap. 5.* L. B. de Lyncker. *d.* §. 14.

Novellis Leonis) De quibus Stryk. *d. l. cap. 4.*

In Occidente) Vid. Stryk. *d. l. cap. 3.* §. 3. L. B. de Lyncker. *d. l.* §. 10. *ſeqq.*

ſec. demum XII.) Vid. Stryk. *d. l.* §. 4. *ſeqq.*

ſeculo XIII.) Id. *d. l.* §. 7. L.B. de Lyncker. *d. l.* §. 11.

Ad Qu. 29.

vel aliæ gentes) Imò adhuc diſpar eſt ratio Germanorum ab aliis gentibus: Nec enim ſolùm ab *obſervantia* vel etiam *obſervabilitate*; ſed ab auctoritate *Imperatoria* juris communis vim habet in noſtro Imperio. vid. L. B. de Lyncker. *d. l.* § 12.

libere receptum) Vid. Stryk. *d. c. 3.* § 8.

regulariter non valet) Niſi in ſubſidium, vid. Stryk. *uſ. Mod. Pand. Diſcurſ. prælim.* §. 29. *junct.* §. 32.

Ad Qu. 30.

Aff.) Vid. Stryk. *Uſ. Mod. ff. L. 1. tit. 3.* §. 7. conf. Schweder. *introd. jur. publ. Part. ſpec. ſ. 2. c. 13.* §. 2. *ibique analect. Lynckerian. it. comment. ff. L. 1. t. 3.* §. 27.

Ad Qu. 31.

Neg.) Conf. Stryk. *Uſ. Mod. ff. diſcurſ. prælim.* §. 43. *junct.* §. 33. *ſeq.*

Ad Lib. I. Tit. I.

De Juſtitia & Jure.

AD inſcriptionem notat Author *in comment. Inſt. h.* 1.) Cur dicantur rubricæ? 2.) Quando probent? 3.) Quam præterea habeant utilitatem?

Ad Qu. 1.

Juſtitia) Humana, & in Concreto. vid. Author. *comm. J. h. n. 2.* conf. *Analect. Lynckerian. h. & comm. ff. h. t.* §. 7.

Ad Qu. 2.

vel potius) Ita etiam Locamerus ad *pr. h.* Sed priorem expoſitionem præfert L. B. de Lyncker, *analect. Inſt. ibid. & comm. ff. h. t.* §. 4.

Ad

Ad Qu. 3.

conſtans & perpetua) Hæc non promiſcue, ſed illud *intenſive*, hoc *extenſive* intelligendum, *juxta Analect, Lynckerian. d. l. & comm. ff. h. t.* §. 5.

Ad Qu. 4.

ubi caſus) De latrone ſpolia deponente, quæ a vero Domino repetuntur. vid. Author. *comm. Inſt. h. verb. tribuendi.*

Ad Qu. 5.

Reſp. Neg.) Conf. Author *d. l.* Struv. *Ex. ff. II. th. 53.*

Ad Qu. 6.

Duplex) Quæ differt *efficienter* & *objectivè.* vid. L.B. de Lyncker. *analect. ad pr. J. h.*

Ad Qu. 7.

Voluntati divinæ) Conf. Author. *comm. J. h. verb. cuique.* Quamvis enim ſublimior ſit juſtitiæ ratio quatenus ad *Legem Dei* porrigitur; tamen non minus eadem jurisprudentiæ noſtræ objectum eſt. vid. *analect. Lynckerian. ad Locum. n. 7. §. 2. Inſt. h.*

juxta Ariſt.) Quem reprobat Auth. *comm. Inſt. d. l.* Recedit etiam ab illo Lyncker. *comm. ff. h. t. §. 8.* *. in eo, quod particularem ſub univerſali tanquam genere aut toto comprehendat.

Indeque pro inepta habet eam diſtinctionem Beckius *in animadv. ad comm. h.*

erga omnes leges) Ita potius univerſa juſtitia in genere definitur, quam ſpecies illa, univerſalis ſcil. quæ particulari opponitur. Conf. Lyncker. *analect. ad pr. J. h. & comment. ff. h. t. §. 8.*

Ad Qu. 8.

reſpicientes) Vel potius tribuendo ſuum cuique de *bonis externis* ex jure *perfecto. analect. Lynckerian. d. l. & comm. ff. h. t. §. 10.*

Ad Qu. 9.

particularis) Quin potiùs utraque & omnis. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. d. l. & comm. ff. h. t. §. 11.* Add. de Authoris hypotheſi, Eund. *comment. Inſt. d. l.* Neque tamen ideo cum *Beckio* neutram pro fine habere licet, quòd aliàs non adæquatè diviſionem hanc concipiant. Praxin ejus alibi oſtendimus.

Ad Qu. 10.

Duplex) Etiam hanc diviſionem reſpuit *Beckius.* Et tamen, licet utique proportiones non faciant differentiam. vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. h. t. §. 26.* nihilominus ob differentiam objectivam doctrinæ cauſa retineri poteſt illa diviſio.

Diſtri-

Diſtributiva) Conf. L. B. de Lyncker. *comm. ff. h. t.* §. 18. *ſeqq.*

Commutativa) ſeu *Correctoria*: de qua conf. Lyncker. *d. l.* §. 23. *ſeqq.*

Ad Qu. 11.

Quaenam juſtitia) Has diſputationes otioſas eſſe putat Beckius *animadv. ad Author. comm. h.*

commutativa) Conſent. L. B. de Lyncker. *comm. ff. h. t.* §. 28.

diſtributiva) Vel potius *univerſalis*; juxta Lyncker. *d.* §. 28. & *analect. ff. h. t. th.* 29. Ad diſtributivam utique perperam referri, monet etiam Beck *d. l.*

obtinet commutativa) Et hic multò magis obtinet univerſalis. conf. *Qu.* 7. ibi: *Divina morali.*

Ad Qu. 12.

Jurisprudentia) Aliam definitionem tradit Author *comment. Inſt. h.* Quia tamen non ſolum in legibus *applicandis*, ſed & *ferendis* verſatur Jurisprudentia. vid. *analect. Lynckerian. ff. ad Struv. h. t. th.* 11. & 43. & *comm. ff. h. t.* § 41. Ideo plenius definitur *ibid.* § 40. & *analect. Inſt. h.*

atque injuſti) Nam contrariorum eadem

 eſt

eſt diſciplina. vid. Lyncker. *comm. ff.* §. *42. h.* conf. Author. *comm. Inſt. h.*

ſcientia) Quæ improprie & ſynonymice cum notitia accipitur. vid. Lyncker. *comm. ff. d.* §. *40.* Author. *comm. Inſt. h.* De dextera Juris interpretatione, vid. Beck. *ad Author. comm. h. p. m. 20.*

Ad Qu. 13.

exterius exſerunt) Add. Author. *comm. Inſt. h.* ubi & de Uſu hodierno in Principibus Evangelicis.

Ad Qu. 14.

Aff.) Conf. Lyncker. *comm. ff. h. t.* §. *12.*

Ad Qu. 15.

Quot ſunt) Non inutilis foret ex §. *1. h.* quæſtio: Quotuplex ſit methodus ſtudii juridici? & quænam præmittenda? vid. *Manuduct. noſtr. de ſtud. jur. ſect. 3. cap. 3.* conf. *Analect. Lyncker. ad* §. *4. Proœm. Inſt. in fin.*

generalia) Non ſolùm *juris naturæ*, ùt Author. comm. Inſt. h. eadem reſtringit; ſed *cujuslibet*, vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h. & comm. ff. h. t.* §. *47.*

juris) Seu *artis*; vid. *analect. Lyncker. h.*

præcepta) h. e. *Principia*, Id. *d. l.* Diſſent. Author. *comm. Inſt. h.*

tria)

tria) Quæ de juſtitia *univerſali* & *particulari* exponuntur *in analect. & comment. Lynckerian. dd. ll.* Alii aliter. vid. Hillig. *L. 2. D. E. c. 1. F.*

Ad Qu. 16.

id admittit) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* Conf. tamen L. B. de Lyncker. *comm. ff. d. §. 47. in* *

Ad Qu. 17.

Duplex) Nec tamen ſpecie differunt: unde per poſitiones in §. 4. h. non intelliguntur *ſpecies*. vid. *analect. Lynckerian. Inſt. h. & comm. ff. h. t. §. 46.*

Ad Qu. 18.

ſtatum) i. e. totam habitudinem Reipubl. vid. Lyncker. *dd. ll.* & Author. *comment. Inſt. h. verb. ad ſtatum.*

ſpectabant) Imò plura: quæ quidem hodie exiguam utilitatem in jure publico habere videntur Authori *in comment. Inſt. h.* Sed vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 1. t. 4. th. 36. & ad Schvveder. præfat. voc. veteris Romanæ. it. comment. ad notit. Bœcleri præcognit. p. m. 33. & ſeqq.* add. Stryk. *Uſ. Mod. ff. diſcurſ. prælim. §. 39. ſeqq.*

Ad

Ad Qu. 19.

generalia) Datur tamen etiam jus publicum generale: quo ſpectat Huberi tractatio de jure civitatis, & quæ Grotius ſimul de perſonis & negotiis publicis tradit in libro *de Jur. bell. & pac.* Viciſſim etiam politica ſpecialis datur, quæ in certis rebuspubl. diſcernit utile ab inutili ſeu damnoſo. Ergo generalitas objecti materialis non facit diſcrimen juris publici & Politicæ, ſed objectum formale ſeu modus conſiderandi.

latas) Ita etiam Struvius *Exerc. ff. 1. th. 43.* Diſſent. L. B. de Lyncker, *analect. ad d. th. 43.* quia JCti verſantur etiam in legibus ferendis. vid. Eund. *analect. ad Struv. th. 11. & ad Schwveder. part. gen. cap. 1. §. 9. & 15.*

Ad Qu. 20

& principaliter) Conf. Author *comment. J. h.*

Ad Qu. 21.

de privato) Rationes vid. *in analect. Lyncherian. Inſt. h.*

Ad Qu. 22.

hoc jus) Sed & jus publicum ex his præceptis collectum eſt. Author. *comment. Inſt. h.* fruſtra diſſentiente Locamero *not. h.* quem reprobat Lyncker. *anal. ib.*

Lib. I. Tit. II.

De Jure nat. gent. & civ.

Ad Qu. 1.

Q*Uid eſt jus)* Formaliter acceptum. De aliis ſignificatibus vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad rubr. de J. & J & ad Schvveder. p. 1. c. 1. §. 1. it. comm. ff. L. 1. t. 1. §. 44.*

Ad Qu. 2.

Triplex) Poteſt tamen hæc trimembris diſtinctio ad bimembrem redigi. vid. *analect. Lynckerian. ad rubr. h. t.*

Ad Qu. 3.

improprie) Pro inſtinctu ſeu appetitu ſenſitivo. vid. omninò L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h. & comment. ff. de juſt. & jur. §. 48.*

proprie) Quod aliàs dicitur jus gentium primævum: de quo vid. *commentar. Lyncker. d. l. §. 49. ſeqq. & ad Huber. de jur. civit. L. 1. c. 2. §. 1.*

Ad Qu. 4.

proprie non) Diſſent. Andler. *Deciſ. L. 1. t. 1. p. 1. n. 25. p. m. 13.* Strauch. *Diſſ. Juſt. 1. §. 4.* Galvan. *de uſufr. c. 5. n. 8.* vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. d. §. 48.* **

im-

improprie tamen) Imò jus naturale proprie dictum ne quidem *analogice* cadit in bruta; ſed improprie dictum jus naturale ex æquo homini & bruto competit. vid. L. B. de Lyncker, *analect. ad rubr. h. t. & comm. ff. d. §.* 48.

Ad Qu. 6.

ratione objecti) Imò plures ſunt differentiæ. vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. d. l. §. 50. ſub* ††. *& ad Huber. de jur. civit. L. 1. c. 5. §. 1.* lit. b.

Ad Qu. 7.

jus gentium) Quod ſecundarium dicitur, in oppoſitione ad primævum. vid. Author. *comm. J. h. t. §. 1.*

compoſita) Et hypothetica. vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. de J. & J. §. 52. & ad Huber. de jur. civit. L. 1. c. 4. §. 1. p. m. 65.* Author. *d. l.* Diſtingvitur in *collectivum* & *diſtributivum*, vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h. t. rubr. & comm. ff. d l. §. 53.*

Ad Qu. 8.

tacitus) Ex *pactis tacitis* jus gentium derivari non poſſe, ſed ex *L. æterna Dei*, ſolidè probat L. B. de Lyncker. *comment. ad Huber. d. l. p. m. 67. ſeqq. & comment. ff. d. §. 52.*

Ad

Ad Qu. 9.

non differunt) Videtur Author *h. & in comment. Inſt.* inclinare in illorum ſententiam, qui negant jus gentium ſpecie diſtinctum à jure naturali; quos tamen firmioribus rationibus convincit L. B. de Lyncker, *comment. ad Huber. d. l. p. m. 64. ſeqq.*

recta ratio) Sed hypothetica ſ. compoſita. Aliàs & juris civilis principium eſt recta ratio. Objectum quoque diverſum eſt: nam jus gentium non verſatur circa actus ex ſe & ſua natura bonos vel malos. Conf *ſupr. qu. 6.*

quoque gentium) Nempe primævi.

Ad Qu. 10. 9. b.

quisque ſuperior) Conf. L. B de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 1. §. 54.*

Ad Qu. 10.

ſimpliciter) Conf. de aliis ſignificatibus, L. B. de Lyncker. *d. l. ſub.* *

Romanorum) Vel ejus ſpecies, jus *Quiritium.* vid. *analect. Lynckerian. h.*

præſtantisſimum) Eſt enim quaſi jus Nat. & Gent. Arth. Duyk. *de author. jur. civ. lib. 1. c. 2. n. 6.* & præſtantisſimus jurium illorum interpres, juxta Selden. *de mar. clauſ. cap. 5.* Lyncker. *comm. ff. d. l.*

Ad

Ad Qu. 11.

Romanorum) Utique juris poſitivi tantùm, quo utuntur Romani, eſt hæc diſtinctio: ut contra *Locamerum* notat L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad* §. 3. *h.*

i. e. Sancitum) Et quidem per *ſcripturam*, quam Juſtinianus præciſe reſpicit. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad* §. 3. & 10. *h. t.* & *comment. ff. L.* 1. *t.* 3. §. 32. Quam Juſtiniani mentem utut agnoſcat Author *comment. Inſt. h.* tamen in ſenſu juris pro qualibet ſanctione intelligit. Enimvero licet ſcriptura non ſit de eſſentia legis in genere, eſt tamen de eſſentia juris ſcripti & legis Romanæ, quæ omnis per ſcripturam promulgata eſt, vid. L. B. deLyncker, *dd. ll.*

Ad Qu. 13.

magiſtratu interrogante) Vid. Author. *comment. Inſt. h.* Lyncker. *analect. ibid.*

in genere) In generali ſignificatu, quatenus eſt ſynonymum juris, nervosè exponitur *in comment. ff. Lynckerian. Lib.* 1. *t.* 3. §. 1 *ſeqq.*

Ad Qu. 14.

qui jura Majeſtatis) Vid. Author. *comm. Inſt. h. voc. populus*, ubi *hodie* Imperatori & ſtatibus Imp. hoc tribuit. Sed vid. L. B. de

Lyn-

Lyncker. *analect. ad Struv. Synt. ff. L. 1. t. 3. th. 10. & ad Schvveder. part. gen. c. 3. §. 4. & 6. & part. ſpec. ſ. 1. c. 25. §. 2. & 4.*

Ad Qu. 15.

ſaltem ſtatuta) De quibus uberiùs L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 3. §. 30. & pecul. tract. de ſtatut. civit.*

Ad Qu. 16.

niſi per privilegium) Et tamen adhuc confirmatione indigent, quoties contra jus commune Provinciæ aut Intereſſe ſuperioris, ſtatuendum quid ſuſcipiunt. Lyncker. *d. §. 30.*

Ad Qu. 17.

collegiorum ſtatuta) De quibus vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. d. l. §. 31.*

Ad Qu. 18.

Niſi) Pleniùs L. B. de Lyncker, *comm. ff. L. 1. t. 3. §. 22. ſeqq. & tr. de ſtatut. civitat.*

Ad Qu. 19.

velut Tribuno) Alius vero non occurrit. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad §. 4. h.* ubi etiam de diſcrimine Patriciorum, Senatorum, & Civium cæterorum.

Ad Qu. 20.

indultu Principum) Et, ſtante Democratia, delegatâ poteſtate. vid. *analect. Lynckerian. Inſt. h.*

Ad

Ad Qu. 21.

ſunt Conſtitutiones) Vel jus à Principe vi propria ſummi Imperii ſtatutum, juxta Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 4. § 1.*

Ad Qu. 22.

generales & perſonales) Struvius *Exerc. ff. 2. th. 25.* diſtingvit in generales & ſingulares; uterq; perperam. Accuratiùs Lynckerus *in analect. ff. de conſtit. princip. pr. & comment. ff. eod. §. 7.* Utique conſtitutio perſonalis opponitur communi, generalis ſpeciali, & ſingularis ratione formæ regulari. vid. *analect. Lyncker. ad Struv. d. th. 25.*

Ad Qu. 23.

quæ omnes) Sed & *ſpeciales* omnes tenent, ut & *ſingulares*.

Ad Qu. 24.

Quatuor) Sed Mandata non ſunt generales, ſed ſpeciales conſtitutiones; communes tamen. Sed & *pragmatica Sanctio* inter communes pertinet, quæ ſub his quatuor generibus non comprehenditur. vid. L. B. de Lyncker. *dd. ll.* Aliter *Beckius*, qui eam ſub reſcriptis comprehendit.

ſeu Epiſtola) Reſcriptum etiam ad relationem & appellationem datur.

ſup-

ſupplicantibus) Vel Conſulentibus. Reſolutio ad ſupplicationem in ſpecie dicitur *ſubſcriptio*, *Annotatio*, *Subnotatio.*

Decretum) Hodie nec Decreta nec Reſcripta jus commune facere, notat Beck. *ad Author. comm. h.*

Edictum) Quod ratione formæ externæ eſt vel *Programma* vel *Proclama.*

Ad Qu. 25.

quoad commodum) Nec tamen omne privilegium eſt beneficium. vid. Lyncker. *dd. ll.*

vinculum) Quia obligat omnes ad obſervantiam. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

aliàs privilegia) In ſenſu juris Juſtinianei Conſtitutiones ſpeciales dicuntur privilegia; cùm verò nunc etiam, ut olim in ſtatu Rom. Democratico, ad Conſtitutiones perſonales extenſa ſit iſta appellatio; ideo illa privilegia dicuntur *in Corpore juris clauſa.*

Ad Qu. 26.

Realia. Perſonalia) Utraque diſcernenda à privilegiis *Rerum* & *Perſonarum.* L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h.*

Ad Qu. 27.

tranſeunt) Poteſt tamen privilegium *Rei* cum

cum perſona expirare & eſſe perſonale ; ac privilegium *Perſonæ* eſſe reale & ad ſucceſſores ſeu hæredes tranſire.

Ad Qu. 28.

Qua rat. interpretanda) Add. L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 4. §. 12.*

Ad Qu. 31.

Lege Regia) Per voluntatem populi, *rogatione* præhabita, declaratam. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad §. 6. h.* Ejus ſequelam volunt eſſe *Capitulationem* modernam. Schütz. *colleg. jur. publ. D. 1. th. 9. & D 4. th. 1.* conf. Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 4. §. 2. & analect. ad Schvveder. Part. gen. c. 2. §. 1. & Part. ſpec. ſect. 1. c. 4. §. 1.* Diſſ. Author. *comm. I. h. in Uſ. hod.* Extitiſſe verò eam operosè oſtendit Huber. *1. Digreſſ. Inſt. c. 16. ſeqq.* Quamvis *Schookius* eam pro figmento, & Author *comm. J. h.* pro ipſa poteſtate Regia habeat ; Pagenſtecher *l. 1. aph. Inſt. 18.* pro jure non ſcripto & acclamatione populi.

Ad Qu. 32.

& in Principem) Alii tamen verbum : *& in eum*, non relativum, ſed reciprocum eſſe putant, & ad populum reſpicere. vid. *analect. Lynckerian. Inſt. h.*

initio vix Regia) Sed demum ſub Antoni-

nis

nis Cæſaribus; antea Lex Auguſti. *l.* 14. §. *1. ff. de Manumiſſ.* Lyncker. *d. l.* Et jam Ciceronis ætate nomen *Regium* iterum adhibitum fuit. vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. d.* §. *2.*

Ad Qu. 33.

Reſp. Aff.) Vid. Author. *comment. Inſt. h.* add. L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 3.* §. *8.*

tantum quoad pœnam) Imò nec quoad vim *coactivam*, ſuppliciis pœnisque, *Deo ſoli* nunc & olim pendendis. Lyncker. *d. l.*

quam obligationem) Ut adeò inutilis ſit diſtinctio inter vim coactivam & directivam. Id. *c. l.* Conf. Struv. *Exerc. ff. 2. th. 8. ſqq. ibique analect. Lynckerian.*

ultrò vivere) Quatenus *ut privatus* reſpicitur, vid. Lyncker. *comm. ff. d.* §. *8.*

Ad Qu. 34.

etiam Ædilium) Et aliorum Magiſtratuum. vid. omninò Lyncker. *analect. 7. ad* §. *7. h. & in comm. ff. L. 1. t. 4.* §. *18.* ubi §. *19.* de hodiernis Decretis ſupremorum judiciorum. it. quòd malè Edicta principum comparentur prætorum Edictis; Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod. & ad* §. *f. tit. præced.* & Stryk. *Uſ. Mod. ff. tit. de Orig. jur.* §. *4.*

Ad Qu. 36.

& Opiniones) *Certa* ſcil. & *omnium* vid. *analect. Lynckerian. h.* add. Author, *comm. I. h.* & Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 4. §. 20. ſeq.*

Ad Qu. 38

quam hodie habent) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* add. Lyncker. *comm ff. d. t. 4. §. 22.*

Ad Qu. 39.

quam Conſvetudo) Imò non æque latè patent Conſvetudo & jus non ſcriptum. vid. Bar. de Lyncker. *analect. Inſt. ad §. 9. h. & ad Struv. Ex. ff. 2. th. 18.* Utut conſvetudo ſit primaria ſpecies, *obſervantia* autem & *præjudicia* tantùm affinia conſvetudinis. vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 3. §. 44.* *Ritus* autem & *ſtylus Curiæ* ſunt ſpecies conſvetudinis, quatenus hæc cum jure non ſcripto reciprocatur; ſecus ſi *eximiè dicta* intelligatur. vid. Eund. *d. l. §. 40.*

inducitur) Nec deſinit eſſe conſvetudo, licet in ſcripturam memoriæ cauſa redigatur, Author. *comm. Inſt. h.* vel ab ipſo Principe *confirmetur.* vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. d. t. §. 41. p. m. 89. & analect. Inſt. ad Locam. n. 12. h. t. ad ff. L. 1. t. 3. pag. 10. it. ad Jus feud. cap. 1. aph. 7. n. 5.*

Ad

Ad Qu. 40.

eſt jus) Quatenus aliàs dicatur eſſe facti? vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 41.

rationabilitas) Quouſque *rationabilem* eſſe oporteat conſvetudinem? vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. pag. 9. & comment ff. L. 1. t. 3. §. 39.*

actuum) Etiam extrajudicialium? vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. d. t. §. 40.*

temporis) Jure communi indefiniti, Saxonicô definiti. vid. Author. *comm. Inſt. h. &* L. B. de Lyncker *d. l. §. 41.*

Ad Qu. 42.

probanda) Quomodo? Vid. Lyncker. *d. § 41.*

Ad Qu 44.

Licet ejus objectum) Vid. Author. *comment. Inſt. h.* De mutatione illa apparente juris naturalis, vid. pleniùs L. B. de Lyncker *analect. Inſt h. & comment. ff. L 1. t. 1. §. 57.*

Exemplum in L 35.) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 46.

Reſp. Neg.) Conf. Lyncker. *analect. Inſt. h. t. §. 9. & comm. ff. L. 1. t. 3. §. 19.* ubi tamen

deſvetudo à non-uſu diſcernitur, conf. Stryk. *Uſ. Mod. ff. diſc præl.* §. 34. *ſeq.*

Ad Qu. 47.

Totale) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. Inſtb.*

Lib. I. Tit. III.

De Jure Perſonarum.

Ad Qu. 2.

E*X ſtatu*) Differt itaque jus perſonarum à ſtatu, tanquam Effectus à cauſâ; utut *rubrica Inſtit. & ff.* promiſcuè accepta videatur.

proprie) Nam qualitas naturalis impropriè *ſtatus* dicitur. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Struv. ff. L.* 1. *t.* 5. *th.* 2.

Ad Qu. 3.

alius ſtatus) Vel potiùs conditio.

Ad Qu. 4.

potisſimum duplex) Pleniùs & accuratiùs L. B. de Lyncker. *analect. ff. L.* 1. *t.* 5. *pr. & comm. ff. eod.* §. 2 *ſeqq.*

fœminæ) Quæ quandoque ob *imbecillitatem* vel *difficultatem partûs* ſunt melioris conditi-

ditionis. vid. Struv. *Ex. ff. 3. tit. 2. ibique analect. Lynckerian.* Quod ſint homines, defendit Beckius *animadv. ad Author. comm. h.*

perfecti) Nec monſtroſi *l. 14. ff. de ſtat. hom.* Author. *comm. J. h.* ubi conf. Beck. *animadverſ.*

Ad Qu. 7.

conſiſtit) Nec tamen in hiſce ſubſiſtit, ſed in aliis quoque per omne jus perſonarum, rerum, & actionum, diſcrimen ſtatûs obſervatur.

Ad Qu. 9.

homines) Servi enim non ſunt *perſonæ* civiliter. vid. *analect. Lynckerian. Inſt. h.*

Ad Qu. 10.

naturalis) Naturaliter *permiſſa.* vid. Lyncker. *analect Inſt. h.* Autor. *comm. J. h.*

jure prohibetur) ſcil. communi, & vel civili. vid. Lyncker. *analect. h.* & Autor. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 11.

juris gentium) Etiam juris civilis. vid. L. B. de Lyncker. & Author. *ad §. 2. h.*

Ad Qu. 12.

civili non) Conf. L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 5. §. 12.*

Ad Qu. 13.

ſervare) Per alluſionem. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 14.

venditione) Tanquam cauſa ſine qua non. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 15.

ſed hodie) Add. Author. *comm. Inſt. §. 3. h.* Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 5. §. 14.*

Ad Qu. 16.

hominibus propriis) Vid. Author. *comm. J. §. 4. h.*

Ad Qu. 17.

quoad officia) Ut v. g. alius ſit Pædagogus, Procurator, Focarius. &c. Author. *comm. h. conſ. §. 7. I. de injur.*

Ad Qu. 18.

ingenui) Qui quoad ſtatum generalem libertatis à libertinis non differebant, quoad ſpecialem verò in tantum. vid *analect. Lynckerian. h.* Author. *comm. Inſt. h.*

Lib. I. Tit. IV.

De

Ingenuis.

Ad

Ad Qu. 1.

INtermedio) Imò nullo in quibusdam caſibus, L. B. de Lyncker, *analect. Inſt. h.*

Ad Qu. 2.

extra juſtas nuptias) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* conf. Lyncker. *analect. Inſt. h.* ubi *Grotio* reſpondet.

Ad Qu. 3.

dignitatem) Vid. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 5.

Reſp. Aff.) Tantùm *præmaturus* eſt, & parentes cenſuræ rei fiunt. Carpz. 3. *Conſiſt. def.* 77. Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 5. §. 2.*

Ad Qu. 6.

torqueri) Imò ne quidem terreri poteſt, licet noviſſimè concepiſſet. L. B. de Lyncker, *comm. ff. d. t. §. 4.*

Ad Qu. 7.

non vitiatur) Conf. Author *comm. I. h.* ubi colligit argumentum ad Nobilitatem antiquam denuò renovatam.

LIB. I. TIT. V.

De Libertinis.

Ad Qu. 1.

L*ibertini*) Sive liberti: nam promiſcuè nunc dicuntur. vid. Locamer. *not. h. n. 1. ibique analect. Lynckerian.* conf. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 4.

Multis modis) quos exponit *Author. comm. J. h.* conf. *analect. Lynckerian. h.*

Ad Qu. 5.

Etiam multis) Conf. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod. & analect. Lynckerian. h.*

Ad Qu. 6.

coram quocunq;) Modo habuerit olim extraordinariam Jurisdictionem. vid. *Struv. Lauterb. & al. ad tit. ff. de Jurisdict.*

inter conſentientes) Saltem potentiâ, ut *apta* ſit exerceri inter conſentientes. Lyncker. *anal. h.*

Ad Qu. 7.

Triplices) Conf. Author. *comm. Inſt. h. & analect. Lynckerian.*

Lib. I. Tit. VI.

Qui & ex quib. cauſ. manum. non poſſ.

Ad Qu. 1.

P*Rohibentur*) Ut hic Lege Æl. Sent.

Ad

Ad Qu. 2.

in fraudem creditorum) Tunc enim nihil agit manumiſſione; cùm tamen alienatio rerum aliarum ſit *revocanda*: rationem diverſitatis tradit Author. *comm. I. h.* Lyncker. *analect. h.*

juſta cauſa) Cujusmodi recenſentur *in §. 5. h.*

cognita) Ap. Conſilium; de quo vid. L. B. de Lyncker. *analect. §. 4. h.* Author. *comm. Inſt. ibid.*

Ad Qu. 3.

indiſtinctè) H. e. ſive cum libertate inſtitutus ſit hæres ſive absque eâ.

conſequitur) Ne ſubhaſtationis ignominiâ afficiatur. *Hodie* tamen non ubique ignominioſam eſſe ſubhaſtationem, monet Author. *comm. I. h.* quod quidem de ſpontanea, non de neceſſariâ, admiſerim.

Ad Qu. 5.

teſtari) De argumento ab actu inter vivos ad ultimam voluntatem, vid. Lyncker. *analect. ad §. f. h.* conf. Author. *comm. ad tit. ſeq.*

Ad Qu. 6.

requiritur) Vid. Author. *comm. I. ad §. 4. & ult. h.*

Ad. Qu. 7.

Procuratoris) Quod ad *Judicialem* reſtringit L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 5. *h.* ad *Extrajudicialem*, Author. *comm. Inſt. d.* §. 5. de *utroque* admittit Locamer. *not. ibid. n.* 11. & Beckius *animadv. ad Author. comm. d. l.*

Ad Qu. 9.

in favorem) Et quia falſarius contra factum proprium non poteſt audiri. Lyncker. *analect. ad* §. 6. *h.* & Locamer. *ibid. n.* 12.

Lib. I. Tit. VII.

De

Leg. Fuſ. Can. toll.

Ad Qu. I.

Q*Uotcunque*) Cùm Lege Fuſ. Canin. certus numerus eſſet determinatus. vid. Locam. *not. ad h. t.*

Lib. I. Tit. IIX.

De his, qui ſui vel alien. jur.

Ad Qu. I.

R*At. familiæ*) Eſt enim hæc nova & reſpectiva diviſio, vid. Lyncker. *analect, Inſt. h.*

ſui

ſui juris) Secundum quid, & ratione acquiſitionis; non abſolutè & quoad adminiſtrationem. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

ſubjectæ) Qualis ſubjectio nec in *tutoria*, neque *maritorum* poteſtate eſt. Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 3.

juri gent.) Permiſſivo. vid. Locamer. *not. ad § 1. h. n. 2. ibique Lyncker. analect.* Author. *comment. h.*

Ad Qu. 4.

omnium) Nam ſervus unicum tantum peculium habebat. Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 6.

deprehenſus) Add. Author. *comm. I. h.* ubi & *de Uſu hodiern.* quoad homines proprios, & mercenarios.

Ad Qu. 7.

amittunt) Pertinet huc integra deciſio Andleri *lib. 1. tit. 6. part. 3. n. 15. ſeqq.* vid. Lyncker. *analect. ad § ult. h.*

Ad Qu. 8.

i. e. juſto pretio) Et ne gravis conditio apponatur. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 9.

niſi publica) Tunc enim vi *Dominii Emi-*

nentis cogi poteſt L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 10.

Reſp. Aff.) Non obſt. *l. 25. §. 11. de her. pet.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad §. ult. h.*

Ad Qu. 12.

communiter ſecus) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Lib. I. Tit. IX.

De
Patria Poteſtate.

Ad Qu. 1.

VEl *ab aſcendente*) Aut etiam arrogati ab extraneo. Aliàs accuratiùs dicitur patriam poteſtatem conſtitui per Nuptias *veras* vel *fictas*; illas vel ab *initio* tales, vel ex *poſt facto*. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h.* & *ff. L. 1. t. 6. th. 42.*

Ad Qu. 2.

initio undecimi) Add. L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 5. §. 2.*

Ad Qu. 3.

non prajudicat) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad

Ad Qu. 4.

jus patri competens) Conf. L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 1. t. 6. §. 4.*

Ad Qu. 5.

ſpecialiores) Seu *relative* & quoad formam ſpecificam. vid. Author. *comm. Inſt. h. it.* L. B. de Lyncker. *analect. h.*

in genere) Seu *abſolute* & quoad formam genericam. *Author & Lyncker. dd. ll.*

Ad Qu. 6.

hodie conſiſtit) Vid. omninò Author. *comm. Inſt. h.* ubi & de obſervantiâ Germanicâ contra novatores teſtatur.

Ad Qu. 7.

ſui Patris) Niſi hic adhuc in œconomia ſit ſui patris ſ. avi. Lyncker. *analect. h.* Nam ſolæ nuptiæ filium non eximunt patriæ poteſtati. Ita etiam limitandus Author. *in comm. Inſt. h.*

Lib. I. Tit. X.

De Nuptiis.

Ad Qu. 1.

Juſtæ) Quæ conſiſtunt in perſonarum habilitate & modô legitimô. vid. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 2.

mentio & repromiſſio) Werbung und Zuſage oder das Jawort. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 3.

jure Canon.) Imo & jure civili. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad tit. præced. pag. 32. & analect. ff. L. 23. t. 1. th. 10. it. ad Deſſel. L. 4. t. 1. qu. 1.*

Ad Qu. 5.

hodie) Imò & jure Rom. differunt. L. B. de Lyncker. *dd. ll.* conf. Beck. *animadv. ad Author. comm. h.*

Reſp. Aff.) Quoad diverſos effectûs. (vid. Lyncker. *anal. ff. L. 23. t. 2. th. 26. ſeq.*) diverſæ etiam ſunt *perfectiones* in hôc negotiô. vid. Lyncker. *dd. ll.* ubi etiam oſtendit, quâ ratione omnia ſponſalia dici poſſint de præſenti & de futuro.

inſtar emtionis) Conf. Author. *comm. Inſt h.*

Ad Qu. 7.

vel tacitam) Ab his tamen recedere licet, ab illis non. vid. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 8.

Arbitretur) Vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 73.*

m. 73. ſeq. ibique Beckius *animadv.* L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 23. t. 1. th. 6. & ad Deſſel. pag. 208.* ubi Pontificem commode explicari poſſe monet.

Ad Qu. 11.

quæ) Sine conſenſu parentum inita; nam illa absque teſtibus inita, ex poſtfacto poſſunt convaleſcere de jure communi. vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 72. ſeq.*

Ad Qu. 13.

etiam tacitus) Author. *comm. Inſt. h. p. m. 70.*

Ad Qu. 14.

non videntur) Niſi acceſſerit tractatio ſponſalitia. Author. *comm. Inſt. h. t. p. m. 71.*

non alia) Quæ habet parentes, qui conſentiant. Author. *d. l.*

Ad Qu. 15.

receptum) Juxta illud: Iſt der Finger beringet / ſo iſt die Jungfrau bedinget.

Ad Qu. 16. ſeqq.

Vid. Author. *comment. Inſt. h. t. p. m 74. ſeq.* & eleg. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 23. t 1. th. 16.* Quoad conditionata diſſentit Beckius *animadv. ad Author. comm. h.*

Ad

Ad Qu. 19.

Ex æquitate) Quam quidem pro cerebrina habet Author *d. l. p. 75.* & Beckius *animadv. ibid.* Vid. tamen Lyncker. *d. l.* & ipſe *Beckius* Carpzovii ſententiam in praxi communiorem eſſe, agnoſcit.

Ad Qu. 21.

variæ) Conf. Struv. *Ex. ff. 29. th. 14. ibique analect. Lyncker.*

Ad Qu. 22.

Conjunctio) Primariò animorum. vid. Author. *comm. Inſt. ad* §. *1. tit. præced.* L. B. de Lyncker. *analect. ibid.*

individuam) Ratione intentionis, Author. *d. l.* & *intenſivè*, non extenſive, Lyncker. *analect. ib. ad Locam. n.* 4.

Ad Qu. 23.

Neg.) Add. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad Locam. n. 2. b. & L. 3. t. 23. pr.* Quoad *vinculum* tamen & *effectum obligandi* contractibus adſcribit Author. *d. l.*

Ad Qu. 25.

L. 6. C. de Jud.) Carpz. *2. Conſiſt. d. 7. n. 10,* L. B. de Lyncker. *analect. b.*

Ad Qu. 26.

ſublata ſervitute) Imò necdum ſublata ſer-

ſervitute inter ſervos Chriſtianos jure Can. erat matrimonium ratum. *d. t. de conjug. ſerv.* Lauterb. *comp. ff. p. m.* 443. Nam ſublata ſervitute quæſtio non eſt de ſervis, ſed de hominibus propriis & mercenariis noſtris. Eſt enim Paradoxon; ſublata ſervitute ſervi contrahunt verum matrimonium.

Ad Qu. 27.

Jure Canon.) Quia malitia quandoque ſupplet ætatem. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 28.

vid. Qu. 11, *b*) Author. *comm. Inſt. h. p. m.* 76. *ſq.*

ob furorem) Vel captivitatem. vid. Author *d. l. p.* 77. *L.* 25. *C. de nupt. l.* 11 *ff. de R. N.*

Ad Qu. 29.

ſi metu) Non vanô, ſed juſtô. vid. Author. *comm. I. h. p. m.* 75.

Ad Qu. 30.

ſtatum) Vid. omninò L. B. de Lyncker. *analect. ad Deſſel. Lib.* 4. *t.* 9. *qu.* 2. ubi etiam jurenat, nullum eſſe ſtatuit.

virginalem) Eſt enim error ſubſtantialis conjugii. Author. *comm. Inſt. h. p. m.* 76. (ubi tamen *Beckius* hanc rationem non agnoſcit, ſed aliam ſubſtituit;) L. B. de Lyncker. *analect.* *ad*

ad pr. Inſt. h. & ad ff. L. 23. t. 2. lib. 25. & jur. Can. L. 4 t. 1. qu. 10. & t. 9. q. 2.

vel bona corporis, &c.) Niſi conſenſus dependeat *conditionaliter* ſub illâ qualitate. L. B. de Lyncker. *analect. ff. & jur. Canon. ad. ll.*

Ad Qu. 31.

Vitiatur) Vid. Author *comm. Inſt p. 76.*

Ad Qu. 32.

civili non) Niſi in caſu *Legis 20. C. de nupt.*

moribus) Vid. omninò Author. *comment. Inſt. h. t. pag. 78.*

Ad Qu. 33.

non prius) L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h. ad verb. præcedere.* Uſus cum *Hubero* diſſentiat Beckius *animadv. ad Author. comm. h.*

hodie verius) Author. *comm. Inſt. h. pag. 79.* L. B. de Lyncker. *analect. d. l.*

Ad Qu. 34.

ut ſuppleat) Vid. Author. *comm. Inſt. h. t. pag. 77.*

Ad Qu. 35.

mores ſequuntur) Vid. Author. *comm. Inſt. pag. 80. ſeq.* ubi etiam de proclamatione.

Ad Qu. 36.

cohabitaverint) Sanè liberi ante eam na-

ti

ti ſunt legitimi, licet ob mortem intervenientem plane non inſecuta fuerit benedictio. Author, *d. l.*

Ad Qu. 37.

conſanguinitas) Quæ alias etiam *cognatio* dicitur.

Ad Qu. 38.

ex qualic.) Eſt enim vel *legitima* vel *illegitima*: & utraque in nuptiis reſpicitur.

per adoptionem) Quæ in ſpecie *legalis* dicitur.

ex ſacra fonte) Hæc *ſpiritualis* dicitur.

Ad Qu. 39.

ex Computatione) Quæ eſt inveſtigatio, quàm late à ſe invicem diſtent perſonæ conjunctæ.

Ad Qu. 40.

Tria) Alii per ſchema, quod dicitur *Arbor* conſangvinitatis: quam computationem verò pro intricatâ habet Author *comm. l. b.* §. 4. *p. m.* 82.

Ad Qu. 41.

de qua quæritur) Exemplum vid. ap. Author. *d. l.* §. 5.

Ad Qu. 42.

ab invicem) Hoc fallit in linea collaterali.

li. *vid. qu. ſeq.* 43. Meliùs Lauterbach. *comp. ff. p. m.* 436. Linea eſt collectio perſonarum inter ſe conjunctarum, gradus numero diſcernens. Vel juxta Struv. *Ex. ff.* 37. *th.* 78. Linea eſt ſeries originis perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, poſteriores ab anterioribus diſcernens.

Ad qu. 43.

Triplex) Vel potiùs Duplex: *Recta* & *Obliqua*; illa *Aſcendens* & *Deſcendens*. Author. *comm. h.* §. 6. *ſeq.*

Ad qu. 44.

communi ſtipite) Et quidem proximo. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad* §. 1. *h.*

Ad qu. 46.

quomodo numerantur) In lineâ rectâ coincidit computatio utraque; in latere tantùm diſcrepat civilis & canonica. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. d. l.*

Ad qu. 47.

ſeu linea recta) Incongruè gradûs ſeu generationes dicuntur lineæ. (Per lineam verò hic intelligit Author ein Strichlein/ vid. Eund. *comm. I. h.* §. 10.) Meliùs Lyncker. *d. l.* quando aſcendendô in unô latere ad communem ſtipitem, & in alterô rurſus deſcendendô, computo,

Ad

Ad Qu. 48.

quot ſunt generationes) Alii : quot ſunt perſonæ, demtâ primâ, vel demtô communi ſtipite.

ab uno latere) Nam in communi ſtipite acquieſco, L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 49.

juris Canon.) Quæ in matrimonialibus nil abſurditatis habet. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Deſſel. L 4. t. 14. qu. 3.* Struv. *Ex. ff. 29. th. 44.* Linck. *ad Decretal. L. 1. t. 14 §. 3.* Strauch. *Diſſ. Juſt. II. aph. 16.* utut aliàs civilis ſit accuratior. Author. *comm. Inſt. h. §. 11. ibique* Beck. *animadv.* & *alii ap.* Linck. *d. l. §. 2.*

in matrimonialibus) Et, quæ inde deſcendunt, criminalibus. Author. *comm. Inſt. h. §. 10. in Uſ. Hod.* add. Carpz. *tr. de Uſ. arb. conſangv.*

Ad Qu. 50.

excluſivè) Græci verò illas nuptias denuò prohibuerunt. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 4. I. h.*

ad quartum incluſ.) Olim ad Septimum. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Deſſel. L. 4. t. 14. qu. 3.* ubi & *rationes* prohibitionum variae recenſet. conf. Linck. *ad Decretal. L. 4. t. 14. §. 5.*

Ad

Ad qu. 51.

eſt parentis loco) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt* §. *1. h.*

Ad qu. 54.

Aff. poſterius.) Diſſent. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 23. t. 2. th. 38.* vid. Ejusd. *Deciſion. 1137. & reſponſ.* 6.

ad carnem carnis) quod ad lineam rectam & fratres ac ſorores reſtringit Lyncker. *dd. ll.*

Ad qu. 55.

hodie vix) Et tamen ſuperioris conſenſum præſupponit Author *comm. ad* §. *1. Inſt. h.*

Ad qu. 56.

hodie vero non) Inter nos Evangelicos, quamvis Brunnemannus *c. l.* diſpenſationem tutius impetrari putet. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 23. t. 2. th. 40. & ad Deſſel. L. 4. t. 11. qu 1.* quod quidem in illis locis, ubi prohibitio juris civilis per jura provincialia recepta eſt, procedit. vid. Author. *comm. Inſt. h. t. p. m. 98. in Uſ. Hod. junct. pag. 81. in fin.*

Ad qu. 57.

diverſarum cognationum) Imò Conjugum cognati inter ſe non ſunt affines. Author. *qu. 61. h. & in comm. Inſt. h.* §. *14. p. m. 84.* ubi § 13. deſcribit: Affinitas eſt proximitas perſonarum, per nuptias contracta. Struvius *Ex. ff. 37. th. 79.*

th. 79. quod ſit conjunctio inter conjugem & alterius conjugis cognatos, per nuptias contracta. conf. Author. *d.* §. *14.*

legitimas de jure civili) Diſſentit Beckius *animadv. ad Author. comm. h.*

Ad Qu. 58.

non de jure Civ.) Rationes tradit Author *comm. Inſt. h.* § *15.*

Ad Qu. 60.

poſſit notari) Quod Exemplis illuſtrat Author *comm. Inſt. h.* §. *16.*

Ad Qu. 61.

non ſunt affines) Clariùs: unius conjugis cognati cum alterius conjugis cognatis non ſunt affines; nec inter eos matrimonium eſt prohibitum, licèt videatur quandoque paradoxum. vid. Author. *comm. Inſt. h.* §. *17.*

Ad Qu. 62.

conſtituitur) Vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h. t.* §. *6.* & Author. *comm. I. h.* §. *18.* ubi Exempla. Utique tamen ſola multiplicatio matrimonii non mutat genus affinitatis. vid. *analect. Lyncker, d. l.* Beckius *animadv. ad Author. comm. d. l.*

Ad Qu. 63.

juncta eſt affinitate) Exemplum vid. ap. Author. *comm. Inſt h.* §. *19.*

Ad

Ad Qu. 64.

qui in conſangvinitate) Vid. Author. *comm. Inſt. h. §. 20.* ubi tamen hypotheſis de paritate graduum *Levit. 18.* ſupra ad *qu. 54.* reprobata eſt.

in ſecundo) Et tertio. Author. *d. l. §. 21.*

reſpectus parentelæ) Author. *d. l. §. 22.*

Ad Qu. 65.

praxis ſequitur) Utut alii putent, juri divino repugnare. vid. Author. *comm ad §. 8. Inſt. h.* ſed perperam. vid. Beck. *animadv. ibid.*

Ad Qu. 66.

duas uxores) De polygamiâ uberius tractat Author. *comm. Inſt. ad §. 6. h. n. 2.*

Ad Qu. 67.

Neg) Propter honeſtatem publicam. vid. Author. *comm. Inſt. h.* & L. B. de Lyncker, *analect. ad h. §. 9.*

Ad Qu. 68.

Hujus quæſtionis *hodie* nullum ſupereſſe uſum, monet Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 69. & 70.

& moribus) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 71.

jure nullum) De Uſu hodierno vid. Author. *comm. Inſt. h.* ubi matrimonia contra jus divi-

divinum etiam in linea collaterali omninò dirimenda dicit. Sed vid. L. B. de Lyncker. *ad Locam. h. n. 29. ad ff. L. 23. t. 2. th. 37. ibique Emend. pag. 38. & ad Deſſel. L. 4. t. 19. qu. 3.*

Ad Qu. 72.

Carpz. pr. crim.) Add. Author. *comm. J. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 74.

Eſt actus) Nonnulli addunt: *legitimus*. Sed malè. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 1. t. 6. th. 46.*

—— *naturales*) i. e. ex concubinâ nati. vid. Author. *comm. Inſt. h.* Ubi & de Uſu hodierno.

Ad Qu. 75.

hodie exolevit). Author. *comm. Inſt. h.* ubi tamen quod de confirmatione Principis tradit, pro genuina legitimatione, ſoli quippe Imperatori *reſervata*, haberi vix poteſt.

Ad Qu. 76.

contrahere potuit) Quod quidem hodie non amplius reſpiciendum videtur Authori *comm. Inſt. h.* vid. tamen L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 1. t. 6. th. 47. & ad Schvveder Part. 2. ſ. 1 c. 16* §. *10.* conf. Beck. *animadv. ad Author. comm. d. l.*

Ad Qu. 78.

Reſp. Aff.) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h.* (ubi tamen ab Authore in eô diſſentit, quod hic dotalia inſtrumenta pro ipſis nuptiis accipiat) *& ad ff. L. 1. t. 6. th. 50.*

Ad Qu. 79.

Idem juris) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 80. ſeqq.

De Uſu hodierno add. Author. *comm. Inſt. h. t. in fin. ibique* Beck. *animadv.*

Lib. I. Tit. XI.

De Adoptionibus.

Ad Qu. 2.

E*St actus legitimus*) Malé ita definiri, monęt L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 1. t. 7. th. 57.* Nec enim omnis actus legitimus expeditur certa & ſolenni forma, nec omne, quod ita expeditur, eſt actus legitimus.

Ad Qu. 6.

ab alio extraneo) It. quæ fit à fœmina. L. B. de Lyncker. *analect. ff. d. t. th. 62.*

Ad

Ad Qu. 7.

& d. l. pen.) Ubi emancipatio nunc *abuſivè* ſumitur. L.B. de Lyncker, *analect. Inſt. h.*

Ad Qu. 8.

intra pubertatem) Nam poſtea ipſe facere poſſet teſtamentum. vid. L. B. de Lyncker, *analect. h.* Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 9.

exheredetur) Sive juſtè ſive injuſtè. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad Locam. n. 11. h.*

Ad Qu. 10.

aliàs ab inteſtato) Imò indiſtinctè omnium bonorum. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h.* Beck. *animadv. ad Author. comm. h.*

arg. Nov. 18.) Add. Author. *comm. Inſt. h.* Diſſent. *Beckius d. l.*

Ad Qu. 13.

Filii conſenſus) Non obſt. *l. 4. de R. I.* vid. L. B. de Lyncker, *analect. h.*

Ad Qu. 14.

hodie ſecus) Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 16.

niſi) quæ eſt *ſingularis* ſpecies adoptionis. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h.*

liberorum) Et vel unius. *l. 148. de V. S.* L. B. de Lyncker. *anal. h.*

Ad Qu. 17.

nemo adoptare poteſt) Vid. Author. *comm. ad* §. 4. *h.*

Ad Qu. 20.

Ratio eſt in L. 21. ff.) Quia in ſua poteſtate non poteſt habere, qui non eſt ſuæ poteſtatis.

Ad Qu. 21.

abrogatæ) Vid. Autor. *comm. ad pr. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

in ejus locum) Non opus eſt, ut ſurrogatum ſtatuamus: poteſt enim juxta adoptionis Jura alicubi recepta eſſe unio prolium.

Ad Qu. 22.

exæquantur) In quibusdam habet effectus verarum nuptiarum, in quibusdam fictarum. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h. t. & ad ff. L. 1. t. 7. th. 66.*

Ad Qu. 23.

Carpz. L. 5. Reſp. 6.) Add. Author. *comm. Inſt. h. t. pr.*

Lib. I. Tit. XII.

Quib. mod. jus patr. pot. ſolv.

Ad

Ad Qu. 1.

VAriis) Qui accuratiùs diſponuntur *in analect.* Lynckerian. *ad rubr h. t.*

Morte) Rationem tradit Author. *comm. Inſt. ad pr. h. t.* Durat tamen quandoque *Effectus* patriæ poteſtatis etiam poſt mortem patris usque ad pubertatem liberorum. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 2.

ex juſtitia cauſa.) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 3.

non aufert jus) Sed locum tantùm mutat relegatus L. B. de Lyncker. *analect. h.*

niſi hodie) Nam talem relegationem quoad *jurium* amisſionem deportationi comparari putat Author. *comm. Inſt. h.* Et tamen Struvius *c. l.* loquitur tantum de juribus particularibus territorii.

Ad Qu. 4.

Patriciatus) Hodie ad Conſiliarios Principum applicatur. Author *comm.* & L. B. de Lyncker *analect. h.*

quà à Curia) Vid. Author. *comm. Inſt.* & L. B. de Lyncker. *analect. h.*

quæ conjunctam habet) Ita verò dignitas

eſt tantum cauſa per accidens; quia ſeparata œconomia etiam citra dignitatem liberat á patria poteſtate.

Ad Qu. 7.

quod hodiè) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* ubi idem de fictione poſtliminii aſſerit.

Ad Qu. 9.

nuda conteſtatione) Cùm olim opus fuerit imaginariâ venditione ſ. contracta fiducia. vid. Locam. *ad* §. *6. h. n. 16.* ibique Lyncker. *analect.*

qualemcunque) Modo fuerit competens rat. *rei.* vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 10.

Rarius) Vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.* & Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

tacitè) Et quidem quoad ea tantum, quæ quoad *bona gravia* ſunt; de cæterô in familia & ſui hæredes permanent.

Ad Qu. 11.

inutilis) Non omnino. vid. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 12.

quæſtio inutilis) Ex falſa hypotheſi: quaſi hodiè differentia ſuitatis & emancipationis ſit ſimpliciter ſublata. vid. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

Ad

Ad Qu. 13.

Quorſum refertur) Conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Lib. I. Tit. XIII.

De Tutelis.

Ad Qu. 1.

Sibi acquirere) Pupilli ergò ſunt tantum ſub poteſtate directoria. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 2.

ut majorennes) Cæteris paribus; niſi ſcil. ſint f. rioſi, prodigi, &c.

Ad Qu. 3.

vis ac poteſtas) Has voces *idem denotare* putat Author *comm. Inſt. h.* Sed vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h. & ad ff. L. 26. t. 1. th. 2.*

Civili) Non obſt. §. 6. *Inſt. de Attil. tut.* vid. Author. *comm. Inſt. h.* conf. Locam. *ad §. 6. Inſt. de Attil. tut. n. 12. ibique* Lyncker. *analect.*

permiſſa) Ad *Teſtamentariam* tantum pertinet. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 4.

ad pupillum) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* & L. B. de Lyncker. *analect. eod.*

Ad Qu. 5.

Triplex) Seu Tutela eſt vel *permiſſa*, ut teſtamentaria; vel *data*, tum à lege, ut legitima, vel à Magiſtratu, ut dativa.

Ad Qu. 6.

Teſtamentaria) Scil. primariò ſic dicta: aliàs definitio non competit reliquis ſpeciebus ſecundariis.

Ad Qu. 7.

an ergo mater) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 8.

exhæredato. Aff.) Vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *ult. h.* & Author. *comm. Inſt. h.* ubi *in Uſ. Hod.* uſum non niſi in doli capacibus agnoſcit; quibus tamen addi poſſent bona mente exhæredati.

Ad Qu. 9.

Aff.) Obſt. *L. 161 de V. S.* Reſp. ſunt tamen pupilli potentiâ. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 11.

non juſto) quorſum teſtamentum inter liberos refert Author *comm. I. h.* à quô tamen diſſentit Beckius *animadv. ibid.*

Ad Qu. 13.

Aff.) Add. Author. *comm. Inſt. h.* ubi dubia removet.

Ad Qu. 14.

quid intereſt) Add. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.* ubi etiam de confirmatione cum & ſine inquiſitione.

Lib. I. Tit. XIV.

Qui teſtam. tutor. dar. poſſunt.

Ad Qu. 1.

P*Rohibentur)* Seu qui natura non impediuntur, nec lege prohibentur. Author. *comm. Inſt. h. t. pr.*

Ad Qu. 2.

pro patre fam.) Et patria poteſtas eſt *diverſi generis*, vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 3.

non habet) Niſi quod argumentum inde petant, quod Plebejus poſſit tutor dari pupillo illuſtri.

Ad Qu. 5.

quia ſperatur) Vid. Author. *comm. Inſt.* & L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad. Qu. 7.

pure dare debet) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* Poteſt tamen ſub conditione *reſolutiva* ; & *tacitâ*, etiam à judice dari. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 8.

intelligenda L. 15. ff. h. t.) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* Conf. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 9.

continentur) Secus eſt in legatis. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 10.

mere favorabiles) Vid. Author. *comm. Inſt.* & L. B. de Lyncker. *analect. h.*

LIB. I. TIT. XV.

De legit. agnat. tutela.

Ad Qu. 1.

I*Mmediatè*) Nam cæteri tutores etiam à lege dantur, ſed *mediatè*. Author. *comm. h.*

Ad Qu. 2.

deceſſit) Ut nulla *ſpes* ſit tutelæ teſtamentariæ. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h.*

Ad Qu. 3.

jure valet) Et *directo* ſublata eſt; ſecus ſi *indirectè*, ut per mortem. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 2.

Ad Qu. 4.

Hodiè) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* ubi

etiam

etiam de tutela matris & aviæ, de qua Author. *tit. ſeq. Qu.* 15.

Ad Qu. 7.

plerumque) Aliquando enim effectus durat. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad. Qu. 8.

à natura eſt) Vid. Locamer. *ad* §. 6. *J. tit. ſeq. ibique* L. B. de Lyncker. *analect.*

Lib. I. Tit. XVI.

De Capit. deminut.

Ad Qu. 1.

M*Ultatio*) In *deterius.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 4.

ingratitudinem) Quæ *coercitio* eſt ingratorum; actio verò ad retribuendum beneficium non datur. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Hodie) Vid. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 6.

hodie banniti) Vid. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 9.

Neg.) Vid. tamen Author *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.* L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 3. *h.*

Ad Qu. 13.

His enim caſibus) Conf. L. B. de Lyncker. *analect, h.*

Ad Qu. 14.

Aff.) Secus eſt in Saxonia. Author. *comm. Inſt. h. in fin.*

Ad Qu. 16.

Aff.) Diſſent. Beckius *animadv. ad Author. comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 17.

ultimum hodie) Vid. Author. *ad* §. *1. tit. præced. in Uſ. Hod. p. m. 147.*

Lib. I. Tit. XVII.

De

legitim. patronor. tutela.

Ad Qu. 1.

hodie ceſſat) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Lib. I. Tit. XIIX.

De

legit. parent. tutela.

Ad Qu. 1.

L*Egitima)* Aliis dicitur *quaſi legitima,* vid. L. B. de Lyncker. *analect. h. t.* §. *1.*

paren-

parentum) Hodie, præprimis illa adminiſtratio, quæ *durante* etiam *poteſtate* competit, dicitur die natürliche Vormundſchafft. L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr.* h. Author. *comm. Inſt. in Uſ. Hod.*

nullus eſt uſus) Ut videl. diſtinctam legitimæ ſpeciem conficiebat. vid. Lyncker, *ad Locam. h. n. 1.* Author. *d. l.*

Lib. I. Tit. XIX.

De

fiduciaria tutela.

Ad Qu. 1.

IN *fratres*) Vel liberos fratris. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h.* Imò tres ſpecies fiduciariæ tutelæ conſtituit Beckius *animadv. ad Author. comm. h.*

Ad Qu. 2.

eſt legitima) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 2. h.*

Lib. I. Tit. XX.

De

Attilian. tutore, & eo, qui ex L. Jul. & Tit. dabatur.

AD rub. ex Lege) *Mediante* Magiſtratu. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 3.

Hodie ab omni) Vid. Author. *comm. Inſt. h. Uſ. Hod.* Manet tamen nihilominus *juriſdictionis extraordinariæ*, vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 4. h.*

Ad Qu. 4.

excuſaverit) Tunc etiam Judex rei ſitæ dabit tutorem. vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 163.*

Ad Qu. 5.

Aff.) Quod etiam hodie obſervatur. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 164.*

Ad Qu. 6.

in praxi) Vid. Author. *comm. I. h. p. m. 165. ſeq.* L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 7.

geſta tutelæ) Vid. Author. *comm. h.* & L. B. de Lyncker. *analect. eod.*

Lib. I. Tit. XXI.

De

Authoritate Tutorum.

Ad Qu. 3.

Infantia major) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* ubi de formulis contractuum.

Ad Qu. 4.

deteriorem) Licet ei lucrum adventurum ſit. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 5.

ex negotio geſto) Seu quando *ex re* venit obligatio, h. e. in quaſi contractibus. L. B. de Lyncker. *ad Locam. h. n. 2.* & Author. *comm. Inſt. h. p. m. 171. ſeq.*

Ad Qu. 9.

ſimpliciter) Et ſic claudicare dicitur contractus. L. B. de Lyncker. *analect. h.* & Author. *comm. Inſt. h. & pecul. Differt. de contract. claudicant.*

Ad qu. 10.

agendo) Conf. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 170. ſeq.*

Ad qu. 11.

hereditas) Etiam patris, quoad *immixtionem* vel ut *abſtineat.* L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 1. *h. in fin.* Et ita reſtringendus eſt Author. *comment. Inſt. h.*

ut non obligetur) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad

Ad Qu. 12.

nova deliberatio) Sed hoc ferè eſt in ipſo negotio. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h. & ad Struv. Ex. ff 31. th. 42.*

Ad Qu. 13.

per conſequentiam) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 14.

alii non adſint) Vid. omninò Author. *comm. I. h.*

Lib. I. Tit. XXII.

Quib. mod. tutela finit.

Ad Qu. 1.

P*Ubertate*) Non obſt. *L. 77. de R. I.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.* ubi & de *Uſu hodierno*, conf. Author. *comment. Inſt. h.*

pr. h. t.) Ubi inſpectio *nudati* ventris intelligitur. vid. L. B. de Lyncker. & Author. *ad d. pr.*

civili) Quòd hodie nulla capitis deminutione tollatur tutela, quod vult Author. *comm. Inſt. ad §. 4. h.* Ego vix crediderim.

temporis) Pacto tamen ad tempus conſtitui non poteſt tutor. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 5. h.* & Author. *comm. Inſt. ad d. §. 5.*

Ad

Ad Qu. 2.

completum) Quando dies cœptus habeatur pro completo vel ſecus? vid. Author. *comm. I. h.* ubi & *de Uſu hodierno.*

Ad Qu. 4.

nunquam tranſit) Vid. Author. *comm. Inſt.* & L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Lib. I. Tit. XXIII.

De *Curatoribus.*

Ad Qu. 1.

C*Ura)* Curator nonnullis dicitur ein Treu-Pfleger / plerumque tamen nomen geneſis der Vormunde retinet. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. I. h.*

Ad Qu. 3.

Saxonico) Etiam fœmina. vid. Author. *comm. I. h. in Uſ. Hod.* ubi etiam de aliis juribus.

Ad Qu. 4.

nec adeo valide) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locum. h. n. 1.* conf. Author. *comm. Inſt. p. m. 185.* ubi tamen *L. 101. ff. de V. O.* aliter exponit.

Ad Qu. 5.

Hodie) Conf. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 184. ſeq.*

Ad Qu. 6.

Curatore) Nam venia ſupplet tantum defectum curatoris, non verò decretum Magiſtratus. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. Inſt. ſup. de author. tut.*

Ad Qu. 8.

Quia) Plures rationes vid. *in analect. Lynckerian. h.*

Hodie) Conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 9.

Hodie indiſtincte) Conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 11.

toll ſind) Conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 12.

Moraliter) Author. *comm. Inſt. h.* ubi monet, quod alicubi dicantur **die Stads-Kinder.**

Ad Qu. 13.

vult indicare) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locum. n. 4. h.* Diſſent. Beckius *animadv. ad Author. comm. h.* ubi hodie dativam eſſe putat.

Ad

Ad Qu. 15.

alienare) Vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 188. & ſeq.*

Ad Qu. 16.

laborent) Vid. Stryck. *de jur. ſenſ. Diſſ. 4. c. 2. n. 22. ſeqq.* ap. Author. *comm. p. m. 190. ſeq.*

Ad Qu. 17.

in caſu) Legendum : niſi in caſu. De aliis caſibus exceptis vid. Author. *comm.* & L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *5. h.*

Ad Qu. 18.

Actorem periculo ſuo) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *f. h.*

hodie non ſit opus) Vid. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 19.

niſi poſt L. C.) Vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 193.*

Ad Qu. 20.

tota cauſa) Imò in objecti quantitate nulla videtur differentia : quia etiam procurator ſpecialis ad certum actum conſtitui poteſt; ſed unice in cauſa efficiente, quod Actor à non Domino conſtituatur : vid. Author. *comm. Inſt. h. d. pag. 193.* ubi etiam de *adjutore.*

Lib.

Lib. I. Tit. XXIV.

De
Satisdat. Tutor. vel Curator.

Ad Qu. 1.

QUatuor) Vid. omninò Author. *comm. Inſt. h. p. m. 196.*

Ad Qu. 3.

æſtimationem habent) Et aliàs pupillo jam ſunt obligata. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 4.

Aff. Exceptis.) Ergò quæſtio univerſalis malè affirmari videtur! Excuſari tamen poſſet Author exemplo Imperatoris *§. 1. 4. 6. proœm. Inſt. § 2 30. Inſt. de R D. §. 1. de ſervit. præd. §. 1. de donat. §. 1. Inſt. de fidejuſſ. junct. t. t. C. ne fidejuſſ. dot.* vid. Barboſ. *theſ. axiom. voc. omnis.*

niſi quid novi) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 5.

Hodie rarius) Vid. omninò Author. *comm. I. h. t. ad pr. in Uſ. Hod. p. m. 195.* conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 1. h.*

Ad Qu. 6.

relinquenda) Quod hodienum obſervatur. vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 197. in fin.*

Ad

Ad Qu. 7.

Tenetur) Non actione utili ex ſtipulatu, uti vult Stryk. *de act. inveſtig. ſ. 1. m. 9. § 18.* neque ex delictô verò vel quaſi, ut Author *comm. Inſtit. h. p. m 200.* Sed utili tutelæ. L. B. de Lyncker *analect. h. arg. L f. ff. de magiſtrat. conven.* vid Beck. *animadv. ad Author. d. l.*

in ſubſidium) Vid. Author. *comm.* & L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 2. h.*

Ad Qu. 8.

Hodie contra omnem) Vid. Author. *comm. Inſt. ad §. ult. in Uſ. Hod. p. m. 200.*

Lib. I. Tit. XXV.

De excuſat. tutor. vel curator.

Ad Qu. 3.

P*Ropria)* Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr. h.*

Ad Qu. 4.

etiam quinque) Vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 1. h.* Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

videantur ſufficere) Sed Author ipſe *c. l in fin* agnoſcit, hujus opinionis uſum ſeu praxin deficere.

Ad

Ad Qu. 5.

non naſcendi) Nam in commodum tertii, nempe parentum, non habentur pro natis. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 7.

bona fiſcalia) Secus ſi patrimonialia principis. *l. ult. C. qui dar. tut.* L. B. de Lyncker. *anal. h.*

Ad Qu. 8.

Reipubl. Cauſa) Quinam tales dicantur? vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 11.

municipalibus) Vid. L. B. de Lyncker. *analect.* & Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 12.

Nov. 172.) Lege Nov. 72.

vid. Carpz.) Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.* L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 13.

excuſant) Etiamſi non in una perſona, modò ſint in unâ domô. L. B. de Lyncker. *analect.* & Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 15.

quærendo) Nam diſtingvendum inter paupertinum & pauperrimum. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad

Ad Qu. 16.

ſontica) De Podagra vid. *L. 3. C. qui morb. ſe excuſ.*

Ad Qu. 17.

aliàs non) Accipit enim Author particulam *quamvis in* § *8. limitative, in comment. Inſt. h.* quæ tamen juxta Lynckerum *analect. h.* potius *ampliativè* accipienda eſt.

Ad Qu. 23.

ſtatus) Etiam Nobilitatis, vid. Author. *comm. Inſt. ad* §. *12. h.* & L. B. de Lyncker, *analect. ad d.* §. *12.*

Ad Qu. 24.

70. annum) Ad Obſtant. *L. ult. C. qui ætat. vel profeſſ.* reſpondet Author. *comment.* & Lyncker. *analect. Inſt. h.*

admittenda) Præſertim hodiè, vid. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 25.

Majoribus) Lege: *Minoribus.*

prohibeantur) Vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 26.

Aff.) Etiam hodiè. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ex-

Exceptis Veteranis) Qui *volentes* admittuntur. vid. Author. *comm. I. h.*

à Commilitonibus dati) Tunc ad unam tutelam etiam cogi poſſunt. vid. Author. *d. l.*

Ad Qu. 27.

Hodie in genere) Author. *d. l.*

Ad Qu. 28.

Grammatici) Non Grammatiſtæ. *l. 11. §. 4. de mun. & honor.* L. B. de Lyncker. *analect.* & Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 29.

Sed quatenus) Quod ſublimitatur: niſi à Collegâ ſint dati. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 30.

aut cum proteſtatione) Si fortè intra tempora non probaverit excuſationem prolatam. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 32.

continuos &c.) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 33.

tunc appellandum) Vid. Author. *comment. I. h.*

Diſſ. Mev.) It. *Struvius*, *Lauterbachius*, *Locamer*, *Beckius animadv. ad Author. comm. h.* *ibique plures alleg.*

Ad

Ad Qu. 35.

ſeu miliare) Vid. Beck. *animadv. ad Author. comm. h.*

vix uſum) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 37.

hodienum obtinet) Vid. Author. *comm. ad pr. Inſt. quib. mod. tut. fin.* L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 38.

moribus ſecus) Vid. Author. *comm. l. h. in Uſ. Hod.*

Lib. I. Tit. XXVI.

De ſuſpect. tutor. & curator.

Ad Qu. 2.

D*E pœna*) Nam tunc requiritur jurisdictio ſuperior.

Ad Qu 4.

omnes) Qua ratione dicatur quaſi publica accuſatio? vid. Author. *comm. Inſt.* & L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 5.

Neg.) Ne quidem ex conſenſu contutorum, L. B. de Lyncker. *analect. h.*

ſtare poſſunt) Idque ſingulariter, etiam ante 17. annum, L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 7.

non ex fide) Quod quidem non opponitur *dolo*. vid. L. B de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 8.

&c.) Add. L. B. de Lyncker. *analect. h.* & Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 11.

civile) Add. Author. *comm. Inſt.* & L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad qu. 13.

Neg.) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad qu. 14.

quibus tutela) Quia tunc ceſſat finis. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.* Author *comment. Inſt. h.*

Ad qu. 16.

liberto) Quod hodie extenditur ad Vaſallum. L. B. de Lyncker. *analect.* & Author. *comm. Inſt. h.*

Ad qu. 18.

à Magiſtratu) In Orphanotrophiis.

Lib.

LIB. II. TIT. I.

De Rer. Diviſ. & acquir. ear. Domin.

Ad Qu. 2.

S*lla natura*) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 3.

in patrimonio) Differunt, eſſe intra Patrimonium, in Patrimonio, in bonis, in dominio, ex bonis, & extra bona; & ab his omnibus, res extra patrimonium. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h.* conf. Author. *comm. Inſt. h.* ubi etiam ad *L. 1. pr. de Uſ. & Uſufr. leg.* reſpondetur.

Ad Qu. 4.

poſſunt) Sunt enim res extra patrimonium vel *ſimpliciter* & *abſolute*, vel *modò quodam*. L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 5.

uſus, proprietas.) In his duobus enim differunt res communes à publicis. vid. Author *comm. ad pr. Inſt. h.*

Ad Qu. 6.

Aff.) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 1. h.* Author *comm. Inſt. ad d. §. 1.*

Ad Qu. 7.

vid. Selden.) Add. Author. *comm. d. l.* ubi & *de Uſu Hodierno.*

Ad Qu. 8.

ordinariè) Non inſolita tempeſtate. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 9.

publicæ) Publica res non eſt eadem, quæ res *juris publici* vel reipubl. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

hodie etiam mare) Imò ad Regalia ſpectant, nec uſus communis ſeu publicus eſt hodie rerum publicarum. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.* & Author. *comm. Inſt. in Uſ. Hod.* it. *qu. 13. h.*

Ad Qu. 12.

illorum eſt) Etiam hodie. Author. *comment. I. h.*

Ad Qu. 13.

arg. §. 6. J. de J. N. G. & C.) Incongrue Uſus hodiernus regalium ex illo textu juris Rom. petitur: cùm jam introductâ monarchiâ res communes & publicæ quoad uſum ſingulis conceſſæ fuerint. Meliùs ergò ex jure feudali & aliis recentioribus probaretur.

Ad

Ad Qu. 14.

Univerſitatis) Quæ deſcribitur & à familia & Republica libera diſcernitur *in analect. Lynckerian. h.*

Ad Qu. 16.

duobus) Scil. vel *negativè*, vel *privativè*. L. B. de Lyncker. *analect. h.* Ibi actu & potentiâ, hic tantum actu. vid. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 17.

conſecrata) Nam ſola *Dedicatio* non ſufficit. vid. L. B. de Lyncker. *analect. & Author. comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 18.

authoritas) Carpz. 2. *Conſiſt. d. 334.* Author. *comm. I. h.*

L. 2. c. 1. §. 1.) Lege: *L. 2. C. 2 §. 1.*

Ad Qu. 20.

Neg.) Cadunt tamen in commercium per univerſitatem. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. h. n. 19. in f.*

Ad Qu. 23.

hodie publica) Vid. Author. *comment. Inſt. h. in Uſ. Hodiern.*

Ad Qu. 26.

in quo caput) Quia totus homo in capite & vultu eſt. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 28.

hoſtili) Aliàs arbitraria. L. B. de Lyncker. *analect.* & Author. *comm. h.*

Ad Qu. 29.

in bonis) Imo non idem eſt in patrimonio eſſe, ac in bonis eſſe. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 2. h. t.*

Ad Qu. 30.

quotuplex) Præmittenda erat definitio juris rerum in genere. vid. Author. *comm. ad §. 11. h.* & accuratiùs L. B. de Lyncker. *comm. ff. de Rer. Diviſ. §. 15. & analect. ff. h. t. §. 87.*

jus in re & jus ad rem) Imò priùs diſtingvi debet in id, quod *petitorium*; & id, quod *poſſeſſorium* judicium fundat. vid. L. B. de Lyncker *analect. ad pr. Inſt. h. & comm. ff. h. t. §. 15.* Illud deinde ſubdividitur in jus *in re* & *ad rem.*

Ad Qu. 32.

Quinque) Ex communi Doctorum ſententia. Accuratiùs tamen diſponuntur *in analect. d. l. & comm. ff. h. t. §. 16. ſeqq.*

(5) *poſſeſſio*) Hæc poſſeſſio, quæ fundat poſſeſſorium, huc non pertinet. vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. h. t. §. 19.* ſed h. ſ. Poſſeſſio, quæ petitorium publicianæ fundat.

Ad

Ad Qu. 33.

diſponendi) Sed quia diſponendi facultas non conſtituit rationem formalem dominii L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. L. 2. t. 8. pr.* Ideò melior definitio traditur *in comment. Lyncker. d. §. 19. & analect. ff. L. 6. tit. 1. pr. & comment. ff. eod. §. 5.*

Ad Qu. 34.

niſi improprie) Latè ac ſynonymicè. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 2. h. & comment. ff. h. t. §. 21. it. analect. ff. h. t. §. 88.*

Ad Qu. 35.

ſolam proprietatem) Imò & nuda proprietas dominium plenum eſt, quatenus uſusfructus ſervitutis jure alteri competit. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. Inſt. h. ad ff. L. 6. t. 3. th. 54. & jur. feudal. cap. 2. aph. 3. n. 3.*

dominus utilis) Imò & dominus utilis participat de *proprietate*, licèt relativè & dependenter. Struv. *Ex. ff. XI. th. 55. & jur. feud. c. 2. aph. 3. in med. ibique* Lyncker. *analect.*

Ad Qu. 36.

modis) Tam in originariâ, quàm derivativa acquiſitione, titulum à modô diſcernit L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 11. h. & ad ff. L. 43. t. 1. th. 6.*

naturali) Qua ratione *dominia*, eorumve *modi* acquirendi, juris *Nat.* vel *Gent.* ſint? vid. L. B. de Lyncker, *analect. Inſt. ad Tit. de J. N. G. & C. pag. 14.*

Ad Qu. 37.

tribus) Quæ ita *in analect. Lynckerian. h.* diſponuntur: Modi ſunt;

1. *Apprehenſio*, vel
   - 1. *Originaria: Occupatio.*
   - 2. *Derivativa: Traditio*, tum
     - 1. *Vera.*
     - 2. *Ficta.*
2. *Acceſſio*, tum
   - 1. *Simplex*,
     - 1. *Naturalis.*
     - 2. *Artificialis.*
   - 2. *Mixta.*

Ad Qu. 38.

vel alicujus) Res *hoſtium* habentur, ac ſi nullius, aut jam nobis expoſitæ ſint.

Ad Qu. 39.

ſpecies) Venatio & Inventio non ſunt modi, ſed tituli ſeu cauſa juſtificans & efficiens dominii acquirendi, vid. L. B. de Lyncker, *analect. d. §. 11. h. & adſſ. L. 41. t. 1. th. 6.*

Ad Qu. 41.

capienti) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* & L. B. de Lyncker. *analect. contra Locam, n. 29. h.*

L. 3.

L. 3. §. fin.) Lege: *L. 13. §. fin.*

Ad Qu. 43.

effugiunt) Faciliùs in hiſce rebus retinetur dominium, quàm acquiritur. L. B. de Lyncker. *analect. h.* Et tamen faciliùs amittuntur feræ captæ, quàm res inanimatæ: rationem ſpecialitatis tradit Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 44.

ſi eam ceperit) Ergo ſola vulneratio non ſufficit? & ſic incongruè quæſtio affirmatur.

certa ratione) Vid. Richt. *Deciſ. 16.* Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 45.

Refertur ad Regalia) Non jure *præſcriptionis*, nec ex *Dominio eminente*, ſed ex jure *Superioritatis* territorialis. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 12. h. & ad ff. L. 41. t. 1. th. 8.*

conceſſa) Veluti per inveſtituram. conf. Beckius *animadv. ad Author. comm. I. h.*

Ad Qu. 46.

Neg.) Vid. Author. *comm. Inſt. h. pag. 247.* à quo diſſent. Beckius *anim. ibid.*

Ad Qu. 48.

hodie obſervatur) Vid. Author. *comment. I. h.*

Ad Qu. 51.

non quantitas) Vid. L. B. de Lyncker. *analect.* & Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 52.

acquirimus res) Vid. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 53.

Carpz. p. 4. c. 5.) Lege : *P. 4. c. 35.*

Ad Qu. 54.

hodie fere) Vid. Author. *comm. I. h.* L. B. de Lyncker. *analect. h.* Struv. *Ex. ff. 41. th. 22.*

Ad Qu. 55.

apprehendenti) L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 56.

rei) Vel operæ. *vid. inf. qu. 74.*

Ad Qu. 58.

ſpecies ſunt) Non ſunt ſpecies, ſed tituſi acceſſionis. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ſup. ad §. 11. Inſt. h. t.*

Ad Qu. 59.

naſcitur) Non enim conceptio, ſed nativitas reſpicitur. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

ex alterius animali) Ut tamen equimentum quandoque præſtetur. *l. 52. §. 20. inf. ff. de furt.* Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 60.

Etiam hodie) Vid. Author. *comm. I. h. in Uſ. Hod.*

Ad

Ad Qu. 61.

a flumine) De lacubus & mari, vid. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 64.

quod raro) Comparativè. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.* add. Author. *comm. I. h.*

occupanti) In mari igitur ad *occupationem*, in flumine ad *acceſſionem* pertinet. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 66.

quid hodie) Add. Author. *comm. I. h. in Uſ. hod.* Struv. *jpr. for. h. t. aph. 35.*

Libr. 2, art. 50.) Lege: *art. 56.*

Ad Qu. 68.

quod hodie) Vid. Author. *comm. h.*

Ad Qu. 71.

impetu) Aliter *d. l. 7. §. 5. ff. h. t.* Author. *in comm. I. h.* explicat. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 74.

fructuum perceptione) Hanc ad mixtam acceſſionem refert L. B. de Lyncker. *in nexu Inſtitut.*

Ad Qu. 76.

bona fide) Imò etiamſi mala fide, L. B. de Lyncker. *analect. contra Locam. h. n. 51.* Struv.

Ex. ff. 41. th. 39. j. th. 37. ibi : *ſive ſciens : & Evolut. ad d. th. 37.* Quamvis Author *comm. I. h. p. m. 259. ſeq.* ſuam opinionem ulterius defendat ; â quô tamen diſſentit, Beckius *animadv. ibid.*

detecta) Vid. Author. *comm. h. ad verb. ſpecies aliqua.*

Ad Qu. 77.

indiſtinctè) Ita etiam *Bachov.* & *Ludvvell. comm. Inſt. h.* Adhuc tamen diſtingvit Locamer. *not. h. n. 53.* conf. Struv. *Ex. ff. 41. th. 38.*

Ad Qu. 85.

Aff.) Imò verſus ille *generalis* eſt, & de *aliis* quoque *conditionibus* intelligi debet, pro diſtinctione caſuum. vid. Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 90.

quantum apparet) Tam rat. *qualitatis* quàm *quantitatis*. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 96.

aliàs tantum) Diſſentit Beck. *animadv. ad Author. comm. h.*

nec bodie abrogatum) Vid. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 98.

negatur) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 69. h.*

Ad

Ad Qu. 100. ſeqq.

Add. Author. *comm. I. h. p. m. 267. ſeqq. in rem*) Sed & *fructuum* ſunt impenſæ. Author. *d. p. 267.*

Ad Qu. 106.

L. 5. C. de R. V. & l. 38. de H. P.) Has leges ad impenſas alienæ domûs, quæ *jam ante extructa* erat, reſtringit L.B. de Lyncker. *analect. ad §. 31. h.* ne elidatur diſpoſitio *d. ſi.*

Ad Qu. 107.

de jure non habet) Diſſent. Beckius *animadv. ad Author. comm. h.*

moribus) Conf. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod. p. m. 266.*

Ad Qu. 110.

qui tamen moribus) Vid. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.* L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 32. h.*

Ad Qu. 112.

fide alienus) Lege : *fide fundus alienus.*

Ad Qu. 113.

Aff.) Vid. omninò L. B. de Lyncker, *analect. h. ad §. 33. & Locam. n. 67.*

Ad Qu. 114.

in Praxi mutatum) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* & L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 34. h.*

Ad Qu. 115.

propter artis) Vid. Author. *comm. h.*

reſtituto pretio) Add. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *35. h.* & Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 118.

quotuplices) Add. L. B. de Lyncker, *analect. ad* §. *36. h.* Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 119.

ſunt utriusque, tam naturales, quam Civiles) Meliùs quæſtio poſt quæſt. ſeq. formaretur: *Quotuplices ſunt utrique, tam naturales, quam induſtriales.* vid. Author. *comm. I. b.*

percepti) Sed & *Percipiendi* non erant prætereundi. vid. Author. *comm. I. b.* Accuratiùs L. B. de Lyncker. *analect. d. l.*

Ad Qu. 122.

Carpz. P. 3. c. 23. d. 29.) Lege: *P. 3. c. 32. def. 29.*

Ad Qu. 123.

& Praxi) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 76. b.*

Ad Qu. 124.

honeſtè) Vid. Author. *comm. I. b.*

Ad Qu. 125.

facto uſufructuarii) Rationem vid. apud Author. *comm. Inſt. b.*

L. 25. §. pen. ff. de uſufr.) Lege: *L. 25. §. pen. ff. de uſur.*

Ad Qu. 126.

non ipſius heredibus) Quibus tamen Jur. Sax. *impenſæ* reſtitui debent. Richt. *Deciſ. 56. n. 4. ſeqq.* L. B. de Lyncker. *anal. ad §. 37.* Imò & ipſi fructus, was die Egge beſtrichen / und die Hacke bedecket hat. vid. Author. *comm. I. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 129.

non etiam partus ancillæ) Cujus fructus ſunt *operæ*. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 38. h.*

Ad Qu. 130.

ex fœtu) Ita differt à Jure *Socidæ*. vid. Author. *comm.* & L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 132.

non extat memoria) Itaque in *l. 22. princ. fam. herc.* impropriè accipitur. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 40. h.* add. Author. *comment. l. h.*

Ad Qu. 133.

loco proprio) Etiam rat. dominii *utilis.* vid. L. B. de Lyncker. *analect.* & Author. *comment. l. h.* Quamvis diſſentiat Beckius *animadv. ibid.*

Ad

Ad Qu. 135.

loco alieno) Licet uſumfr. vel jus ad rem habeat. vid. L. B. de Lyncker. & Author. *d. l.* ubi & de *Uſu Hodiernô.* Secus ſi emerit, utut ſciens, fundum, & ſuum fecerit. vid. Beck. *animadv. ad Author. d. l.*

Ad qu. 137.

religioſus publicus) Vid. L. B. de Lyncker. *ad Locum, n. 82. b.*

Ad Qu. 139.

impropriè) Dicitur aliàs traditio *analogica* vel *quaſi traditio.*

Ad. Qu. 140.

Titulus) Tradita res *ſine titulo* donata cenſetur. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 41. b.* ubi etiam disquiritur, an *vacua* debeat tradi *poſſeſſio* ?

Ad Qu. 141.

requiſita) quibus *hodie* in immobilibus accedit judicialis reſignatio. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 142.

fides habita) quod ſublimitatur, niſi emtor jam *foro ceſſurus* fuerit. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 42. b.*

Ad

Ad Qu. 145.

voluntate domini) Aut jure. *L. 22. C. de Acquir. & retin. poſſ.*

univerſorum) Imò quilibet procurator alienare poteſt, ſi domino expediat. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 43. *b.*

Ad Qu. 148.

oculis demonſtrata) Sed trabes in *l. 14. §. §. 1. de peric. & comm. rei vend.* per hoc, quod eas emtor ſignaſſet, *verè* traditæ ſunt. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 44. *b.* Secus Strauch. *Diſſ. Juſt. VI. th. 39.* Author. *comm. h.*

Ad Qu. 150.

Potiſſimum) Datur etiam fictio brevis manûs inter *tres*. L. B. de Lyncker. *analect. d. l.* Struv. *Ex. ff. 16. th. 12.* Strauch. *Diſſ. Juſt. VI. th. 39.*

Ad Qu. 153.

& accipientis) Miſſilia enim ad *derivativam* acquiſitionem ſpectant, derelicta ad *originariam*. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 46. *b.* Quamvis Author. *comm. Inſt. ad* §. 46. *b.* ex parte *abjicientis* ad fictam traditionem, ex parte *accipientis* ad occupationem & inventionem referat; A quo tamen meritò diſſentit Beckius *animadv. ibid.*

Ad

Ad Qu. 155.

abjecta) Vel *deſertæ*: quod quidem ad immobiles reſtringere videtur Author. *comm. Inſt. h.* Sed & in mobilibus perinde ſe habere putaverim.

Ad Qu. 156.

l. 17. ff. de adim.) Lege: *L. 18. ff. de adimend. & transfer.*

Ad Qu. 158.

diſtribuenda) Vel potius inventori relinquenda, ut eam uſucapiat pro derelicto. *arg. l. 5. pr. ff. ſi uſusfr. pet.* Author. *comm. Inſt. h.*

jure Sax.) Vid. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.* ubi etiam de jure Culmenſi.

LIB. II. TIT. II.

De reb. corpor. & incorpor.

Ad Qu. 2.

IN *ſenſus*) Nam à Phyſicis deſumta eſt hæc diſtinctio. vid. Locam. *n. 1. h. ibique* L. B. de Lyncker. *analect.*

Ad Qu. 4.

Nov. 12.) Lege: *Nov. 22.*

pecu-

pecunia) Ad res corporales & incorporales referri poteſt. vid. L. B. de Lyncker. *analect.*

animalia) quæ in ſpecie dicuntur *Moventes in l. 1. de ædil. ed.* Author. *comm. I. b.* L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h. t.*

Ad Qu. 6.

fundus) Aliquando pro jure *proprietatis* ſumitur, ut *in L. 56. §. 7. de V. O.* L. B. de Lyncker. *analect. h.*

animalia ferrea) Piſces in piſcina; ſecus in einem Behälter. L. B. de Lyncker. *analect. L in fin. h. t.*

Ad Qu. 7.

in jure conſiſtunt) Vel in *facto.* vid. Locamer. *n. 3. h. ibique* Lyncker. *analect.* ubi quâ rat. *Poſſeſſio* dicatur in jure vel in facto conſiſtere.

hæreditas) Vel etiam *univerſitas* corporum: nam utraque incorporalis eſt. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 8.

Impropriè) Seu *analogicè.* L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h. t.*

actionibus) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. circ. fin. h. t.*

Lib. II. Tit. III.

De
Servit. ruſtic. & urban. præd.

Ad Qu. 1.

DE *quib. Tit. 3.*) Nam ibi *perſona* perſonæ vel rei, hic verò *res* rei vel perſonæ ſervit. L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr. h.*

Ad Qu. 2.

aut non facere) Quod nec hodie mutatum. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.* Stryck. *Uſ. Mod. ff. L. 8. t. 1.* §. *3.* vid. tamen §. 4. *ſeq. ibid.*

Ad Qu. 4.

duplex) Sunt etiam ſervitutes vel *cardinales* vel *minus cardinales* & innominatæ; Deinde vel *rectæ* vel *anomalæ*, vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr. h.*

Ad Qu. 7.

Aff. l. 19. ff. de ſervit.) Lege: *l. 15. ff. de ſervit.*

amœnitas) Non verò *voluptatis* cauſa, quæ *hominum* eſt, conſtitui poteſt ſervitus. vid. L. B. de Lyncker. *analect. d. l.*

Ad Qu. 8.

perpetua) H. e. *naturalis*; *Hodie* tamen etiam induſtrialem ſufficere, monet Author *comm. Inſt. h.*

Ad

Ad Qu. 11.

agriculturæ) Zum Ackerbau und Viehzucht. L. B. de Lyncker. *analect. I. h. pag. 91.*

Ad Qu. 15.

etiam iter habet) Qua ratione actui iter; viæ autem utrumque inſit? vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h. verb. iter & actum continet.*

Ad Qu. 22.

familiaritatis) Imò compaſcuum etiam *mutuâ ſervitute* conſtituitur: & huic *renunciari non poteſt* ab alterutro. Mev. *5. Dec. 252.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Struv. L. 8. ff. t. 3. th. 27.* (*26.*)

Ad Qu. 23.

fieri urbanæ) Imò & *perſonales* fieri poſſunt. vid. Author. *comm. I. h. ad* §. *2. verb. calcis coquendæ.* L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad pr. h. verb. ruſticorum prædior.*

utilitatem prædii) A dominante enim ſemper fit denominatio. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 1. & n. 9.* Author. *comm. dict. loc.*

Ad Qu. 28.

ne ſemel conſtituta) Et ſic refectio eſt tantum *conditio ſine qua non.* L. B. de Lyncker. *analect. h.* Author. *comm. I. h.* Quamvis irregula-

gularitatem agnoſcere malit Beckius *animadv. ibid.*

Ad Qu. 30.

excipiendi) Aliter Locamer. *n. 11. h.* Sed vid. L. B. de Lyncker. *analect. ibid. & ad ff. L. 8. t. 2. th. 15.*

Ad Qu. 33.

ex ſtatuto) Vel conſvetudine aut pacto, ut Author. *comm. l. h.* addit. Sed falſam eſſe hanc hypotheſin ſtatuti, monet L. B. de Lyncker *analect. h.* & meliùs naturam hujus ſervitutis exponit.

Ad Qu. 37.

in noſtro pariete) Singulare eſt in ſtatuto Lubecenſi, quod invito vicino non liceat feneſtras habere in ſuo. vid. Author. *comm. l. h. Uſ. Hod.*

obſcuret) Quod aliàs liceret; licet per immemoriale tempus ibi nihil ædificatum fuerit. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.* ubi & aliam differentiam utriusque ſervitutis tradit.

Ad Qu. 38.

Proſpiciendi) quod ad lumen remotius pertinet & amœnitati ſervit. L. B. de Lyncker. *d. l.* Conf. Author. *comm. h.*

Ad

Ad Qu. 41.

hodie vix attendatur) author. *comm. I. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 43.

Dominium habent) Promitti tamen poteſt ſervitus ædificio futuro. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 45.

promisſione) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

ultima voluntate) Imò ipſa ſervitus ſine traditione acquiritur, ad *poſſesſionem* tantum hîc requiritur traditio. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

LIB. II. TIT. IV.

De Uſufructu.

Ad Qu. I.

Quo prædium) Imò & res mobiles. vid. Author. *inf. qu. 8. h.*

perſonæ ſervit.) Nec enim ideò perſonalis dicitur, quod cum perſona expiret. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h.* aliter Hopp. *comment. Inſt. h.*

Ad

Ad Qu. 2.

præcipua) Et Cardinales. vid. L. B. de Lyncker. *ad rubr. tit. præced.*

Ad Qu. 3.

quid eſt Uſusfr.) quomodo differat ab *Antichreſi*, *precario*, *locatione*, *Emphyteuſi* &c.? vid. L. B. de Lyncker. *analect. pr. h.*

ſalva rerum ſubſtantia) Poteſt tamen rem meliorem reddere ſec. communem aliorum opinionem. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 4.

i. e. ſervitute) Et dicitur Uſusfr. *formalis*, Author. *comm. Inſt. h.*

concedere poſſit) Eumque habeat *virtualiter*. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Stranch. diſſ. jur. Juſtin. th. 29.) Lege: Strauch. *Diſſ. Jur. Juſtin. 7. th. 29.*

Ad Qu. 8.

in incorporalibus) qui dici poteſt uſusfructus *analogus*. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h. verb. in corpore.*

Ad Qu. 10.

num. 5.) Lege: *num. 7.*

Ad Qu. 12.

Aff.) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 2. *h.*

Ad

Ad Qu. 13.

1. *geminam* : ſunt

1. EMTIO-VENDITIO.

2. LOCATIO CONDUCTIO.

2. *Unam* : eſt SOCIETAS.

2. *Unâ* tantùm : MANDATUM.

2. *Innominatus* : qui vel

1. *Regularis* ; qui incipit à

1. *Dandô* : uti

1. *Do, ut des*,

2. *Do, ut facias*.

2. *Faciendô*; uti

1. *Facio, ut des*.

2. *Facio, ut facias*.

2. *Irregularis*: ut

1. *Æſtimatorius*.

2. *Permutatio*.

2. *Quaſi Contractus*.

2. *Illicito* : DELICTO, quod vel

Privatum, tum

1. *Verum* ſeu *Proprium* ; quod committitur vel circa

1. *Rem*, eam

1. *Auferendô*, vel

1. *ſine vi*, per FURTUM.

a b c d e

a b c d e

2. *cum vi* : RAPINA.

2. *Corrumpendo* : DAMNVM injuriâ datum.

2. *Perſonam* : INIVRIA.

2. *Quaſi-Delictum.*

2. *Publicum*, vel

1. *ſecundum quid*, quoad
   1. *Formam agendi* : dicuntur crimina *Extraordinaria.*
   2. *Materiam ſubjectivam*, ut Delicta *Popularia.*
2. *Simpliciter* & ex omni parte : *Crimina Publica* tum
   1. *Capitalia.*
   2. *Non-Capitalia.*

Ad QU. 19.

d. §. *2.*) Lege : *d. L. 1.* §. *2.*

Ad QU. 22.

carens nomine) Ita differt à contractu nominato.

cauſa) Sic diſcernitur à contractu innominato.

Ad QU. 23.

L. 7. §. *4.* & *L. 10. C. de pact.*) Lege : *L. 7.* §. *4. ff.* & *L. 10. C. de pact.*

Ad Qu. 24.

nec actionem) Sed effectus remiſſiores. vid. *not. ſupr. ad Qu. 8.* Beck. *animadv. ad Author. comm. I. h. p. m. 578.*

jure Can. & moribus) Non producit quà pactum. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. pag. 58. & ad Struv. th. 17. & comm. ff. tit. de pact. §. 14.* Beck. *animadv. ad Author. comm. I. h.*

Mev. p. 5. dec. 407.) Lege: *Dec. 408.*

Ad Qu. 25.

contractui) Et quidem bonæ fidei. Nam ſtricti juris contractui adjectum manet nudum.

Ad Qu. 26.

per ſe) Seu per vim internam. L. B. de Lyncker. *analect. h. pag. 173.*

Ad Qu. 27.

Quotuplex ſunt) Lege: *Quotuplices ſunt.*

Ad Qu. 31.

Exceptis contractibus ſoc. & emph.) Et unilateralibus.

Ad Qu. 32.

bonæ fidei) Quæ hic opponitur ſtricto juri; non fraudi, nec ſcientiæ rei alienæ. vid. Author. *comm. h. pag. 581.*

ex bono & æquo præſtandum) In *comment. Inſt. h.* dicit: *ut Judex ex æquo & bono aliquid adju-*

adjudicare poſſit. Et tamen differunt: *Ex æquo & bono adjudicare; ex æquo & bono æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat; & ex æquo & bono judicare, quantum actori reſtitui debeat.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad § 29. Inſt. de act.*

tantum æſtimatorius & permutatio) Conſent. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 28. Inſt. de act.* contra Locamer. *n. 128.*

Ad Qu. 35.

vero) Sive *expreſſus* ille ſit, ſive *tacitus.* L. B. de Lyncker. *analect. h. t. pag. 173. in f.* Author *comm. h. pag. m. 582.*

Ad Qu. 37.

i. e. dationem vel factum) Aliàs *cauſa* in genere denotat aſſiſtentiam Legis; in ſpecie *fundamentum* negotii. vid. L. B. de Lyncker. *analect.* d. *pag. 173. in med.*

Ad Qu. 38.

regulares. irregulares) Quos deſcribit Author *comm. Inſt. h. t. pag. m. 585.*

vix differt) Differt utique. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 19. tit. 4. th. 16. ibique Emendat.* conf. Author. *comm. h. pag. 585.*

Ad Qu. 39.

ſpeciale nomen) Seu nomen *elegans*, juxta *analect. Lynckerian. Inſt. h. pag. 173. in f.*

Ad Qu. 40.

Excepto Mandato) Imò ibi vix pro exceptione habendum. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 4. Inſt. de Societ. & §. 9. I. Mand.*

quod nec hodie) Vid. Author. *comm. Inſt. h. pag. 584.*

Carpzov. L. 2. C. 33. d. 22.) Lege: *Carpzov. P. 2. C. 33. d. 23.*

Ad Qu. 42.

poſſunt adeſſe) Regulariter autem non inſunt. Author. *comm. I. h. p. m. 586.* aliàs definitio quadraret etiam ad *naturalia*, niſi Jè *in arbitrio contrahentium* pro cauſa efficiente principali accipiatur.

Ad Qu. 48.

L. 4. §. 5. de Legat. 1.) Lege: *L. 47. §. 5. de Legat. 1.*

Ad Qu. 51.

ſolius dantis) Non verò à dante præſtatur tantum lata, ſed etiam leviſſima; ab accipiente vero ſolùm lata culpa præſtatur, vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 589.*

Ad Qu. 52.

rebus ſuis) Hæc accipitur quandoque in *abſtracto*, quandoque in *concreto*. vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 588.* add. Lyncker. *analect.*

ad

ad tit. ſeq. §. ult. Locam. n. 19. ubi etiam diligentia in ſe diſtingvitur à diligentia in *cuſtodiendo.*

l. 35. §. 4. ff. Famil. erciſc.) Lege: *l. 35. §. 4. ff. de contrah. emt. l. 25. §. 16. ff. Fam. erciſc.*

Ad Qu. 57.

Domino) Vel ei, cui debetur, vid. Author. *comm. I. h. p. m. 591.*

Lib. III. Tit. XV.

Quib. mod. re contr. obligat.

Ad Qu. 2.

Quatuor.) Nam *dotis* & *arrhæ* datio, ut & contractûs *innominati*, huc non pertinent. vid. L. B. de Lyncker. *analect. contra Locam. n. 1. h.*

Ad Qu. 5.

tales ſunt) Etiam *ſpecies*, ſi citra affectionem in quantitate dentur. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h. t.*

Ad Qu. 7.

ratio elegans in l. ult.) Vid. Author. *comm. Inſt. ad §. 7. I. quod cum eo, qui in aliena &c. p. m. 908.*

Ad Qu. 8.

repræſentant) Vid. Author. *colleg. ff. h. t. pag. m. 594.*

27. C. de R. C.) Lege: *27. ff. de R. C.*

Ad Qu. 12.

ſit mutata) In *utraque bonitate* tempus *contractus* reſpici, communior eſt ſententia. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h.* Beck. *animadv. ad Author. comm. I. h.* Diſſent. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 597. ſeqq.* ubi *p. 599.* uſum hodiernum cum ſua opinione conciliat.

Ad Qu. 13.

condictio certi) In *ſpecie.* vid. Author. *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. h.* Quamvis non niſi unam condictionem certi *agnoſcere* velit Beckius *animadv. ad Author. comment. h.*

Ad Qu. 14.

ac ſi mutuum) Inde dicitur *promutuum*; atque *corpus* & *jura* etiam pro objecto haber. Lyncker. *analect. ad Locam. n. 8. h. & ad ff. L. 12. t. 4. it ad §. 6. I. de oblig. quæ quaſi ex contr. it.* Nicei *monit. n. 2600. ſeqq.* Diſſent. Author. *comm. I. h.*

per errorem) *Facti*, non juris. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 7. h.* Author. *comm. I. h.* *non-*

non-debitum) Vel ſimpliciter vel ſaltem naturaliter tale, vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 5.* Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 15.

tacite) Seu *præſumtive.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. d. n. 8.* Author. *comment. Inſt. h.*

ſi expreſſe) Vid. tamen Lyncker. *analect. ff. L. 12. tit. 5. th. 30.* & Nicei *monit. n. 2579. ſeqq.*

Ad Qu. 19.

Aff.) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 11. b.*

Ad Qu. 20.

in rebus fungibilibus) In commodatum hæ res venire poſſunt ſaltim dicis cauſa. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *2. b.* Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 23.

Leviſſimam) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 12. h.*

pretioſiores ſint) Hanc limitationem, cum Stryckio *in not. ad Lauterb.* rejicit Beckius *animadv. ad Author. comm. I. h.*

pratioſiores) Lege: *pretioſiores.*

Ad Qu. 27.

ex Libra) Lege: *ex libera.*

Ad

Ad Qu. 28.

tantum mobiles) Conſent. Locamer. *n.* *14. h. & quaſt. Juſt. 283.* Conf. Author. *comm. Inſt. h.* Diſſent. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. d. n. 14. & ad ff. tit. depoſit. th. 35.* it. Beckius *animadv. ad Author. comm. I. h.*

Ad Qu. 37.

impenſas) Quod ad neceſſarias regulariter reſtringit Beckius *animadv. ad Author. comment. h.*

Ad Qu. 42.

recuperandam rem) quænam culpa præſtanda? vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 44.

quomodo differt) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Lib. III. Tit. XVI.

De

Verborum obligat.

IN rubrica Effectus pro cauſa ponitur, & ad varias unius generis ſpecies refertur; nec *dotis dictionem*, neque *jusjurandum* promiſſorium comprehendit. add. L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr. h. t.*

Ad

Ad Qu. 1.

ut eſt ſtipulatio) Dantur tamen ſtipulationes, quæ *firmitatem* quidem negotio adferunt, *obligationem* verò non inducunt. vid. L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 3.

condictio certi) Ex ſtipulatu ſpecialis eſt; extra contractus nominatos generalis habetur. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h.*

rat. ſcil. rei) Latiùs tamen hic accipitur certum, quàm in mutuo. L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 6.

animo ſtipulandi) Seu *deliberatione* animi. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr. h.*

in effectu) Non quatenus tale, ſed ut *ſtipulatio interpretativa.* L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 9.

modico tantum ſpatio) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 2. h.*

L. 123. de V. S.) Lege: *L. 213. de V. S.*

Ad Qu. 11.

peti prius) Seu *exigi* cum effectu. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 2. h.*

Ad Qu. 13.

in ſpecies) Lege: *inſpicies.*

dederis) Lege: *teneberis.*

Ad

Ad Qu. 15.

modus tollendi) Ipſo ſcil. jure; ne quidem in *commodato*, *locat.* & *ſim.* qui non tolluntur, ſed finiuntur tempore. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 15. h.* Aliter Author. *comm. Inſt. h.*

ſubmoveri) Si additum: *quoad vivam.* Non ſi ſimpliciter denos annuos ſtipuletur. Author. *comm. Inſt. h.* ubi etiam de differentia *legati* annui. conf. L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 16.

ſponſionibus) Add. Author. *comm. I. ad §. 6. h. p. m. 620.*

Ad Qu. 17.

tantum ſpes eſt) Ut tamen vires ex præſenti capiat, ſecus ac in Legatis. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 20.

ſecus in promiſſione) Vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 18. h.* Author. *comm. I. h. p. m. 618.*

Ad Qu. 26.

quod circa) Lege: *Quod citra.*

Ad Qu. 28.

pœnam) Nec tamen ſimul urgeri poteſt factum, ſed alterutrum. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 26. h.*

Lib.

Lib. III. Tit. XVII.

De Duob. reis ſtipulandi & promittendi.

Ad. Qu. 1.

SEu credendi) Nam Rei etiam *creditores* rectè dicuntur. vid. *L. 5. de V. O.* L. B. de Lyncker. *analect. ad rub. h.*

Ad Qu. 4.

Affirm.) Utut in realibus res ſingulis *dari in ſolidum* poſſe non videatur. vid. L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 7.

Hodie) Saltem per interpretationem *uſualem* citatæ Novellæ 99. quæ ad correos principales non ſpectat. vid. *L.* B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 7. h.* Diſſent. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 8.

oneroſa) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 6. h.*

Ad Qu. 9.

non denegabitur) Rectiùs actione ceſſâ ſolventes ſibi conſulunt. *l. 65. de evict.* L. B. de Lyncker. *d. l.* An correus facto ſuo alteri prod-

eſſe

eſſe vel nocere poſſit? vid. Locamer. *n. 8. h. ibique* Lyneker. *analect.*

Ad Qu. 10.

æquipollentibus) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locamer. n. 5. h.*

Lib. III. Tit. XVIII.

De

Stipulat. ſervor.

Ad Qu. 5.

SIbi ire, agere) Obſtat *l. 5. de ſervit. legat.* Vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 2. *h.*

LIB. III. TIT. XIX.

De

Duob. reis ſtipulandi & promittendi.

ad Qu. 1.

QUotuplices) Rat. cauſæ *efficientis*, unde *varia forma* pendet. Locamer. *n. 1. h. ibique* L. B. de Lyncker. *analect.*

alia voluntaria, alia neceſſaria) Differentiam in effectu tradit Author. *comm. Inſt. h.*

Ad

Ad Qu. 2.

conventionales) Sunt quidem omnes conventiones, quoad formam genericam; ſed quoad *ſpecificam* differunt. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

arbitrio) Ut tamen cauſam habeat, ſaltim donationis. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. h. n. 12.*

Ad Qu. 4.

item Ædilitia) Vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 2. h.*

Ad Qu. 5.

ex opere ſuo) Ejusque *vitio*, vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 9.

vix amplius differre) Eſt tamen differentia in objecto & modo cavendi. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 2. h. in fin.*

Lib. III. Tit. XX.
De Inutilib. Stipulation.

Ad Qu. 1.

O*Mnes*) Etiam *incorporales*. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam, n. 1. h.*

etiam

etiam hippocentaurus) Conſentit Ludvvell. *h.* ſed vid. Locamer. *n.* 2. *h. ibique* Lyncker. *analect.*

Ad Qu. 4.

l. 89. *pr.*) Lege: *l.* 98. *pr. ff. d. V. O.*

vid. Qu. 30.) Lege: *Vid. Qu.* 39.

Niſi quatenus) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 2. *h.*

Ad Qu. 6.

h. §. 6.) Lege: *h.* §. 3.

effecturum) Add. L. B. de Lyncker. *analect.* & Author *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 8.

Niſi) Add. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 4 *h.*

teſtatur Mev.) Cui tamen accedendum non eſſe monet L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 18. *h. t.* conf. Carpz. *p.* 2. *c.* 33. *d.* 26. *j. c.* 29. *d.* 20.

Ad Qu. 12.

alias) Imò *poteſtate juris* vel etiam *ratihabitione* ſubſecuta mandatum inductum haberi poteſt. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 4. *h.*

Ad Qu. 16.

Idem ſi de peculio) Diſſent. L. B. de Lyncker. *analect. h.* it. Ludvvell. *comm. h.* cui reſpondere conatur Author. *comm. h.*

Ad

Ad Qu. 20.

infantia major) Add. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 21.

fieret Author) Nunc verò quoad *adventitia* tanquam *legitimus adminiſtrator* authoritatem accommodare poteſt. Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 23.

per Condictionum) Lege: *per condictionem.*

Ad Qu. 24.

Hodie omnino) Per ſtipulationem interpretativam. L. B. de Lyncker. *analect. h. & pag. 184. ſeq.*

Ad Qu. 26.

per Teſtes) Qui tamen non facile admittuntur contra inſtrumentum publicum. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 29.

vitæ momento) Add. L. B. de Lyncker. *analect. h.* Cujac. *3. Obſ. 34.* Pac. *analyſ. h.*

Ad Qu. 33.

in materia) In Emtione ſecus eſt. *l. 9. §. ult. l. 14. de contrah. emt.* Rationem diverſitatis tradit Author *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. ad h. §. 22.*

Lib.

LIB. III. TIT. XXI.

De
Fidejuſſoribus.

Ad Qu. 2.

HOdie nudo pacto) Seu per *ſtipulationem interpretativam.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. pag. 185. & ad ff. L. 46. theſ. 35.*

Ad Qu. 5.

pro qua fidejuſſor) Pignoratitia verò cautio locum habebat. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 2. h.* Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 9.

pariat exactionem) Hæc potius eſt præſumtivè mixta. vid. *not. ſupr. ad tit. 14. qu. 10.* Author. *comm. h.*

Ad Qu. 11.

haredes) Extingvitur tamen fidejuſſio, ſi debitor principalis fidejuſſori ſuccedat. L. B. de Lyncker. *analect. h.* Carpz. *p. 2. c. 20. d. 1. ſeqq.*

Ad Qu. 19.

ne prius) Sed & poſt ſolutionem conceditur actio *utilis ex emto*, ut actio cedatur. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 10. h.* Quo tamen caſu præcedens pactum requirit, aliàs diſſen-

diſſentiens, Beckius *animadv. ad Author. comment. I. h.*

Ad Qu. 23.

quoad concurrentem quantitatem) Diſſentit L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 14. h.* ubi in *conſtituto* rationem diverſitatis tradit; à quô tamen argumentum petit Author. *comm. Inſt. h.* Diſſentit etiam Beckius *animadv. ad Author. comm. h.* ubi tamen hodie Authoris ſententiam admitti putat.

Ad Qu. 26.

niſi vel) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Lib. III. Tit. XXII.

De
Literar. obligation.

Ad Qu. 2.

E*St Contractus literalis)* Et quidem peculiaris & proprius, nec mutuum præſumtum. Author *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 4. h.*

accepiſſe confeſſus) Et ſe pecuniam reſtituturum *promiſerit.* vid. L. B. de Lyncker. *comm. ff. L. 12. t. 1. §. 51.*

Ad Qu. 6.

transfert onus probandi) Ut tamen poſſit reo *jusjurandum* deferre ; & convictus alterius tanti condemnationem ſuſtinere debeat. L. B. de Lyncker. *analect. h. pag. 197. in fin.*

Ad Qu. 7.

§. *66.*) Legendum : § *67.*

Niſi ipſe contrarium) Hoc quidem moribus receptum, ex Legibus autem Romanis probari non poteſt. vid. L. B. de Lyncker. *analect. d. pag. 197. in med. & ad Locam. n. 3. & 9. h.* Beckius *animadv. ad Author. comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 8.

quia potuiſſet) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 4. h. pag. 198. ſeq.*

Ad Qu. 9.

in omnibus) Imò *privilegiata* non niſi in cauſa *mutui* & *dotis*. L. B. de Lyncker. *analect. h. t. pag. 197. & comm. ff. d. t. 1. §. 55.* Et quidem in dote variat præſcriptio exceptionis pro diuturnitate matrimonii. vid. Beck. *animadv. ad Author. comment. I. h. &* L. B. de Lyncker. *comm. ff. d. §. 55.*

Lib.

Lib. III. Tit. XXIII.

De
Obligation. ex conſenſ.

Ad Qu. 1.

Solo conſenſu) Et vel *nutu*, vel conſenſu *tacito*. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

perficiuntur) Ita ut *conſenſus* hic ſit *relatus* & *formalis*, in reliquis contractibus *abſolutus* & *efficienter* talis. L. B. de Lyncker. *analect. ad* § *ult. ſupr. tit. 14. de obligat.* Aliter Author. *comm. Inſt. h.* ubi conſenſum hic *abſolute* & *ſpecificè*, in cæteris obligationibus *reſpective* ſeu in *genere* requiri dicit.

Ad Qu. 3.

bonæ fidei) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 3. h.*

Ad Qu. 4.

Quinque) Nam matrimonium huc non ſpectat. L. B. de Lyncker. *analect. h. verb. iſtis modis.*

Lib. III. Tit. XXIV.

De
Emtione & Venditione.

Ad Qu. 2.

S*ubſtantiæ)* Quæ quat, mutari poſſit, & in feudalibus ab *Eſſentia* differat? vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 1. h.*

Ad Qu. 3.

aloquin) Lege :/ alioquin.

Ad Qu. 6.

perficiendæ) Vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h.*

recedere poſſunt) Ex contractu nominatô perfectô nunquam agitur, niſi ad *implendum*, ſecus ex innominato, L. B. de Lyncker. *analect. h. t.*

Ad Qu. 7.

proportionatum) Quod tamen non eſt de ſubſtantia. Beck. *animadv. ad Author. comment. h.*

Ad Qu. 10.

h. §. *3.*) Lege : *h.* §. *1.*

Ad Qu. 13.

Permutatio) Eſt tamen hodienum diſtingvenda *ſtipulatio* de permutando à *pactô*, & utrumque à *permutatione* ipsâ. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *2. h.* conf. Horn. *Reſp. cl. XI. reſp. 1.*

Ad

Ad Qu. 15.

Sic videndum) Sed & in priore caſu hoc reſpiciendum eſſe, innuere videtur Author *comm. Inſt. h.*

pro permutatione) Diſſent. *Lauterbachius* cum *Bachovio*, it, Beckius *animadv. ad Author. comm. I. h.*

Ad Qu. 16.

licet adhuc) Add. L.B. de Lyncker. *anal. h.*

Ad Qu. 17.

Sufficit enim) Vid. Author. *comm. h.* L.B. de Lyncker. *analect. d. l.* ubi Cujacio diſſentienti reſpondetur.

Ad Qu. 18.

ad cedendas actiones) Emtor verò *hereditatis* habet actiones citra ceſſionem. *l. 16. ff. de pact.* L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 19.

de quo caſu) Vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 22.

quia tunc ejus adhuc eſt res) Et tamen etiam priori caſu ejus adhuc eſt res! Potius dicendum: quia tunc emtor nondum eſt creditor ſpeciei venditæ.

Ad Qu. 23.

vid. Brunn.) Conf. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 24.

eſt Emtoris) Rationem vid. ap. Author. *comment. I. b.*

Ad Qu. 25.

1. Addictio in diem) Poteſt tamen etiam ſub conditione *ſuſpenſiva* fieri. vid. omninò L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 18. t. 2. th. 35.*

de retrovendendo) Et tamen hoc pactum proprie non eſt reſolutivum. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 18. t. 1. th. 25. in fin.*

Ad Qu. 26.

alii) Præfertur tamen prior emtor, ſi eandem conditionem ſubire velit. Author. *comment. I. b.*

Ad Qu. 28.

vel intra certum tempus) Vel ex certo tempore. vid. Struv. *jpr. for. L. 3. t. 11. aph. 17. & Ex. ff. 23. th. 42.*

Ad Qu. 30.

per accidens) Seu per conſequentiam. Author. *comm. I. b.* L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. L. 2. t. 1. §. 8. in fin.*

c. 15. X.) Lege ; *c. 13. X.*

Ad Qu. 31.

nulla eſt) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locamer. h. n. 23.*

Ad

Ad Qu. 32.

uſucapiendi) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. ult. h.* Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 35.

tradendam) Et omne, quod vi contractûs præſtandum eſt.

L. 11. & 13.) Lege : *L. 11. §. 13.*

Ad Qu. 36.

non ad factum nudum) Add. Author. *comment. Inſt. h.* Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 3. h.* contra Locamer. *quæſt. 305.*

Ad Qu. 37.

poſt moram perceptis) Imò licet ex pretio nullas perceperit uſuras, tamen ob moram ad uſuras tenetur emtor. Conf. Author. *comm. I. h. t. in fin.*

LIB. III. TIT. XXV.

De Locatione & Conductione.

Ad Qu. 1.

L*Ocatio Conductio*) Germ. Vermiethung/ Verpachtung/ Verdingung ; vid. Author. *comm. Inſt. h. t. pr.*

Ad Qu. 3.

quis verò conductor) Conf. Locamer. *n. 2, h, t. ibique* L. B. de Lyncker. *analect. chart. 3. crim. 4.*) Lege : *clim. 4.*

Ad Qu. 4.

in Conſenſu) Etiam tacitô; vid. omninò Author. *comm. Inſt. h. t. ad pr.*

Ad Qu. 5.

uſu non conſumuntur) Vid. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 6.

illiberalibus) Ob liberalia facta honorarium vel ſalarium præſtatur. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 7.

utrinque directa) Perperam verò ita dici actionem, quæ non habet *oppoſitam* diverſæ naturæ aliam, monet L. B. de Lyncker, *experiment. jpr. Rom. Germ. ſ. 1. m. 5.* §. *1.*

Ad Qu. 9.

ante finitum uſum) Add. Author. *comm. Inſt. h.* ubi & de ſublimitat.

Ad Qu. 11.

perinde ut in emtione) De differentiis emtionis & locationis vid. Locamer. *n. 1. h. ibique* Lyncker. *analect.*

Ad

Ad Qu. 12.

conſtituerint) Lege : *conſtituerit.*

Ad Qu. 14.

ex more regionis) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *1. h.*

ad illam) Cujus rubrica : *de edaci locuſtar. pernicie.*

Ad Qu. 16.

Affirm.) Vid. Author. *comm. I. h.* Conſent. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. & contra Locamer. n. 5. h.* Diſſent. Locamer. *d. n. 5. h.* & Beck. *animadv. ad Author. comm. h.*

Ad Qu. 17.

penſionis) Quæ dicitur *Canon*, der Erb-Zinß ; à quô differt Laudemium, Lehn-Wahr. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. num. 10. h. t.*

Ad Qu. 18.

juris gent.) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* Diſſent. L. B. de Lyncker. *analect. I. h. verb. propriam naturam.*

Ad Qu. 19.

privatorum) Imò datur etiam civilis non privata, ſed publica, veluti *Civitatis.* vid. Author. *comm. I. p. m. 685. ſeq.*

Ad Qu. 20.

Neg.) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. d. l.* & *ad ff. L. 6. t. 3. th. 66.* & *L. 19. t. 2. th. 31. it. ad Jus feud. c. 2. aph. 10. n. 4.*

recipit.) Lege: *recepit.*

Ad Qu. 21.

requiſito prius domino) Cujus tamen conſenſus non eſt vera cauſa alienationis, ſed *conditio ſine qua non.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 10. h.*

Ad Qu. 24.

non ſoluto) Vid. omninò Author. *comm. I. h. p. m. 686. ſeq.*

(2.) *alienatio*) (3) *Inſignis deterioratio.* vid. Author. *d. l. pag. 687.*

Ad Qu. 25.

actio emphyteuticaria) A qua differt utilis rei vindicatio emphyteuticaria. vid. Author. *comm. I. h. t. p. m. 689.*

Ad Qu. 28.

pro certa mercede) Quæ tamen eſt magis *pretium operis*, quàm merces operæ. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 4. h.* ubi etiam *L. 22. §. 2. h.* conciliatur.

Ad Qu. 30.

tanquam artifex) Conf. L. B. de Lyncker. *anal. ad Locam. n. 17. h.* *uti*

uti h. §. *5. intelligendus*) Imò agitur hic de diligentia *cuſtodiæ*, non verò de *diligentia* circa *uſum rei.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad h.* §. *5.* conf. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 32.

intolerabile) Add. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 691. ſeq.*

Carpz. p. 2. c. 27.) Lege : *Carpz. P. 2.* C. 37.

Ad Qu. 33.

aut locatio ad beneplacitum) Aut (3.) jus, quod in re locata habet locator, morte expiret, ut in re uſufructuaria, dotali, &c. Author. *comment. I. h. p. m. 692.*

debeat) Lege : *debebat.*

Ad Qu. 34.

Neg.) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h. & ad Pand. h. t. th. 27.*

Niſi) Conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Lib. III. Tit. XXVI.

De

Societate.

Ad Qu. 1.

C*Onſenſualis)* Qui etiam tacite fieri poteſt. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. pr. h.*

Ad Qu. 2.

omnium bonorum) Quæ an rectè dicatur univerſitas? vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locamer. n. 1. h.*

vel ſpecialis) Seu *particularis*. Illa *generalis* ſeu univerſalis aliàs diſtingvitur in ſocietatem *omnium bonorum* & *bonorum* ſimpliciter: differentia eſt in *qu. 3. & 5. h.* conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 3.

contrahitur ſocietas) Nempe univerſalis.

ſimpliciter) Quæ dicitur *indefinita* ſeu *bonorum*.

vel ſpecialiter) Potiùs *generaliter* de omnibus bonis: nam *ſpecialis* ſocietas certa bona reſpicit.

Ad Qu. 6.

ratio habeatur) Juxta proportionem, non arithmeticam, ſed *geometricam.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locamer. n. 2. h.* Perverſè Author. *comm. Inſt. h.* ut & Ludvvell. *comment. I. h. n. 1.*

Ad Qu. 7.

à fabula) Conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad

Ad Qu. 8.

pecuniæ contulit) Imò licet non contulerint ad *proportionem* illarum lucri & damni partium, ut verior eſt ſententia (contra Locamer, *quæſt. 313.*) Lynckeri *analect. Inſt. h. & ad Pandect. h. t. th. 31.*

Ad Qu. 9.

integra ſors) Nam & ejus totum eſt *periculum.*] vid. Author. *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. Inſtit. h. t.* (contra Locamer. *qu. 312.*) & *analect. ff. h. t. th. 33.* ubi approbatùr limitatio, de qua cum *Brunnemanno* dubitat Author. *d. l.*

Ad Qu. 13.

ob odium communionis) Add. Author. *comm. Inſt. h.* L. B de Lyncker. *analect. h.* ubi etiam de effectu pacti: *ut recedere liceret*, & *ne renunciare liceret.*

Ad Qu. 15.

conventum) Nam ſic nihilominus nova eſſet ſocietas. L. B. de Lyncker. *analect. contra* Locamer. *n 8. h.*

actio tamen) Præſtatio ſocietatis perducta in *obligationem*, in heredem tranſit; non ipſa geſtio ſocietatis. L. B. de Lyncker. *analect. ad h. §. 5.*

Ad Qu. 17.

nova) In *opera* vel *bonis* poſtmodum acquiſitis. Author. *comm.* *h.* L. B. de Lyncker. *analect.* *h.* contra *Voëtium*.

Ad Qu. 20.

in concreto) Conf. L. B. de Lyncker. *analect.* *ad Locamer.* *h.* *n.* 12.

LIB. III. TIT. XXVII.

De *Mandato.*

Ad Qu. 2.

D*uplex*) Porrò aliud eſt *expreſſum* aliud *tacitum*. vid. Author. *comm.* *I.* *h.* & *qu.* 4. *h.* it. aliud *judiciale* aliud *extrajudiciale*. Author. *comm.* *h.*

Ad Qu. 4.

quis patiatur) *Sciens.* vid. Author. *comment.* *I.* *h.*

Ad Qu. 5.

regulariter mandantis) Nam hoc mandatum per naturam ſuam requirere videtur: quoniam quisque contrahere debet, in quantum ſua intereſt. L. B. de Lyncker. *analect.* *ad* §. 1 *h.*

Ad

Ad Qu. 6.

& Mandatarii) Aut tertii, mandantis, & mandatarii. vid. *l. 8. §. 4. h.*

poſt mandatum) Imò & ante mandatum, ſaltem *per conſequentiam.* vid. Lyncker. *analect. ad §. 3. & 4. h.*

Ad Qu. 8.

datum) (3.) niſi conſilium ſuggerens peritiam artis profiteatur. vid. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 9.

non nuda) Vid. Author. *comm. I. h.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 6. h.*

Ad Qu. 12.

ex delicto) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 7. h.*

Ad Qu. 14.

Affirm.) Diſſent. Beckius *animadv. ad Author. comm. Inſt h.* it. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 7. h.* ubi & diſtinctio, quam ex Hubero approbat Author. *comm. I. h.* an ſcil. per *imprudentiam* aut *data opera* mandatum exceſſerit, pro vanâ habetur.

Ad Qu. 15.

præſcriptos) Et tamen in privato mandato æquipollens aut media neceſſaria non excluduntur. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 8. h.* Author. *comm. I. h.*

Ad

Ad Qu. 16.

h. §. 7.) Lege : *h.* §. 8.

Ad Qu. 17.

prohibitum) Imò licèt non expreſsè prohibitum : eùm non poſsit ad *præſumtam* voluntatem provocare, qui *expreſſam* habuit. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 8. *h.*

Ad Qu. 20.

eſt integra) Per revocationem tamen & renunciationem non inducitur *pœnitentia*, quæ in contractibus nominatis non habet locum. L. B. de Lyncker. *analect. h.* §. 9.

Ad Qu. 21.

Niſi) De caſibus aliis exceptis vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 10. *h.*

Ad Qu. 25.

Honorarium tamen poteſt) Quod tamen non actione mandati, (quod tamen aſſerit Author *comm. I. h. p. m.* 710.) ſed *extra ordinem* petitur. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n.* 22. *h. t.*

Ad Qu. 26.

vid. ſupra Qu. 18.) Conf. Author. *comment. I. h.*

Ad Qu. 28.

praſcripto modo) Nam ùt implendum & per-

perficiendum eſt ſtricti juris; ſed quoad effe-ctum obligationis eſt b. f. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 11. h.*

Ad Qu. 29.

Leviſſimam) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* Utique Locameri ſententia, quando ſolùm de *culpâ lata* mandatarium teneri, *Qv. 319.* ex *l. 10. ff. h. t.* ibi: *nihil amplius*, evincere conatur, communiter reprobata eſt.

Ad Qu. 30.

ad indemnitatem) Nec tamen impenſas omnes, & *damna* repetit; utique non eas, quæ caſui imputari poſſunt, ſecus ac in ſocietate. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 11. h. t.*

Lib. III. Tit. XXVIII.

De Oblig. quæ quaſi ex contr. naſcuntur.

Ad Qu. 1.

EX *unius facto*) Adeoque in *l. 1. ff. de O. & A.* non ſub *variis cauſarum figuris*; ſed ſub *generali* contractuum acceptione comprehenduntur. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. I. h.*

præ-

præſumto) Neutiquam verò ex *tacito* conſenſu. vid. Author. *comm. Inſt. h.* Quamvis Stryckio *tr. de act. inveſt. ſ. 1. m. 9.* §. *2.* perinde ſit, ſive tacitum, ſive fictum aut præſumtum conſenſum dixeris. Sed vid. Nicei *monit. ibid.*

Ad Qu. 2.

Sex) Sunt tamen adhuc alii, v. c. litis conteſtatio. vid. L. B. de Lyncker. *anal. ad pr. h. t.*

Ad Qu. 3.

ignorantis) Vel etiam abſentis ſcientis. L. B. de Lyncker. *analect. ad.* §. *1. h.*

Ad Qu. 5.

utilitas publica) Scil. remotè; proximè autem præſumtus conſenſus. Nam ſi geſtio inviti aut prohibentis negotium concernat, actio nulla datur: niſi ſimul reſpiciat (proximè) publicam utilitatem. vid. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 7.

ad leviſſimam) Vid. tamen L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 5. h. ibique Emendat. pag. 11. & ad ff. L. 3. t. 5. th. 50.* contra Struv. *Ex. ff. 7. th. 50.* conf. Author. *comm. I. h.* ubi illam *Lynckeri* ſententiam ut æquiorem, etiam *Brunnemannum*, *Eckoldum*, *Lauterbachium* adſtrue-

ſtrue-

ſtruere notat, quamvis ipſe putet, his omnibus *Schvvendendörfferum* ſatisfeciſſe.

Ad Qu. 10.

adminiſtratio) Nam ipſam tutelam. tanquam officium perſonale, non eſſe quaſi contractum, obſervat Author. *comm. Inſt. h.*

tutor) Et vicisſim pupillus tutori ad indemnitatem præſtandam. Eadem eſt ratio in adminiſtratione curæ: unde utilis tutelæ *actio*, ſed & neg. geſtor. actio competit. vid. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 11.

reddat) Et reliqua præſtet. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 13.

Levem) Non in *concreto*, ſed in *abſtracto*, juxta Author. *comm. I. h.* quod alii limitant: niſi ipſe tutor in rebus ſuis ſit diligentisſimus. vid. Lauterbach. *comp. ff. p. m. 226.*

L. 53. §. 2.) Lege: *L. 53. §. 3.*

Ad Qu. 16.

ex hoc) Datur tamen hæc actio etiam ex ſocietate, ad diviſionem rerum communium. Author. *comm. I. h.* concurrente actione pro ſocio. vid. Lyncker. *analect. ad Locam. num. 7. h. t.*

com-

communi dividundo) Quæ duplex : *Directa* ob res jure dominii communes ; & *utilis*, ob res incorporales vel aliô jure in re communes. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 19.

L. 40. &. L. 6. §. 2. de negot. geſt.) Legendum : *L. 6. §. 2. h. t. & L. 40. ff. de negot. geſt.* Et ita etiam emendari debet Authoris commentarius.

Ad Qu. 22.

datur cohæredibus) Conficit judicium *tantùm perſonale*, & *univerſale*, licet actiones & nomina ſint ipſo jure diviſa. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 4. h.*

Ad Qu. 25.

manet hæres) Et ſic aditio hæreditatis non eſt vera cauſa, ſed tantum *conditio ſine qua non* creditores heredem convenire poſſent. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 10. h.* utut diſſentiat Kreſs. *ſpecim. jpr. L 3. t. 27. §. 17.*

Ad Qu. 28.

ſolutio) Quam potius indebiti *acceptionem* dicere mavult Stryck. *not. ad Lauterbach. comp. tit. de condict. indebit.*

Ad Qu. 30.

per errorem accepit) Aliàs datur actio furti.

ti. Locamer. *ad §. 6. h. n. 11.* Beck. *animadv. ad Author. comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 31.

Aut debetur quidem) Eſt enim indebitum vel *ex re* vel *ex perſona* tale. Author. *comm. I. h.*

l. 69. §. fin.) Lege : *l. 65. §. fin.*

Ad Qu. 32.

Aliud in L. 60.) In eo, qui injuſta judicis ſententia abſolutus eſt. vid. Author. *comm. ad §. 1. J. ſup. tit. Quib. mod. re contr. oblig.*

Ad Qu. 33.

pietatis) It. ſtudiorum cauſa. Author. *comm. Inſt. h.*

— *transactionis*) Modo lis fuiſſet & vera tranſactio. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. f. h.*

Lib. III. Tit. XXIX.

Per quas perſon. nob. oblig. acquir.

Ad. Qu. 1.

R*Eferimus*) Add. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Lib. III. Tit. XXX.

Quib. mod. tollitur obligatio.

Ad rub.

QUamvis iſti modi concernant potiſſimum obligationem ex *conventione*, poſſunt tamen ſua ratione etiam deduci ad obligationes ex *delictis*. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 2.

Solutio) *Specialiter* & proprie accepta; *generaliter* enim denotat omnem actum, quo tollitur obligatio. *l. 54. ff. de ſolut.* L. 176. 187. *de V. S.* Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 4.

ſciente) Quô caſu *ipſo jure* liberatur debitor, in reliquis tantùm *ope exceptionis*. Locamer. *d. n. 5. ibique* Lyncker. *analect.*

intereſſe creditoris) Secus ergò eſt, ſi non interſit, vel interſit, potius *à principali* ſolvi, ut in Canone emphyteutico. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 5. h. ibique Emendat. p. 11.*

Ad Qu. 6.

cuicunque) Etiam Creditoris Creditori, ſi hujus creditum eſt liquidum. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad

Ad Qu. 7.

aliud pro alio) Quod dicitur in ſolutum datio.

Add. Rec. Imp.) Conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad qu. 8.

(4) *Debitor, injuria*) Vel lex aliàs admittat partium præſtationem, ut in cohæredibus. vid. Author. *comm. Inſt. h.* Si extra hos caſus debitum *non totum* deponat, nihilominus de tota ſumma *uſuras* debebit. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 4. h.*

Ad Qu. 9.

quoque fidejuſſores) Vid. tamen *textus citatos* in *analect. Lynckerian. ad pr. h. in fin.*

Ad Qu. 10.

Acceptilatio) Quæ differt ab *Apocha*, quæ eſt inſtrumentum probans ſolutionem, non ipſe modus tollendi obligationem; nec aliter liberat, quam ſi pecunia ſoluta ſit. *L. 19. §. 1. de acceptilat.* L. B. de Lyncker *analect. ad §. 1. h. t.*

ac ſi reverà) Unde dicitur *imaginaria*, i. e. *ficta* ſolutio in *h. §. 1.* quæ tamen *veram liberationem* inducit. L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 12.

Neg.) Neque directa neque Aquiliana.

Au-

Author. *comm. I. ad* §. *1. & 2. in Uſ. Hod.* L. B. de Lyncker, *analect. ad d.* §. *1. & 2.*

Ad Qu. 14.

Quotuplex eſt) Voluntaria ſc. & propria: Nam aliàs etiam *Neceſſaria* & impropria novatio inducitur per Litis Conteſtationem. vid. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 17.

in illo) Lege : in *illa.*

mutatur debitor) Et creditor : nam ſunt correlata.

in hac creditor) Imò nec debitor nec creditor : quia nomine & mandato cedentis debitum exigitur.

eſt integra) Add. Author. *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *3. h. t.*

Ad Qu. 19.

in delegatione non minus) Diſſent. Beck. *animadv. ad Author. comm. Inſt. h.*

eſt exprimendus) Vid. Author. *comm. Inſt. h.* ubi etiam notat, quod in tribunali Wiſmarienſi, & Camera Imperii conjecturæ evidentes ad probandam delegationem admittantur. Conf. L. B. de Lyncker. *analect. h.*

Ad Qu. 22.

naturalis tantum) Non quoad *Formam* ; ſed

ſed quoad obligati *perſonam*. vid. L.B. de Lyncker. *analect. ad Locam n. 11. h.*

vid. Vinn.) Author. *comm. I.h.*

Ad Qu. 23.

contrario conſenſu) In Depoſito, Mandato, & Societate peculiare eſt, ubi alterius voluntas ſufficit. vid. Author. *comm. Inſt. h. in fin.* L. B de Lyncker. *analect. h.*

contrahuntur) Idem jus *hypothecæ* eſt. Aliàs pactum nudum non tollit obligationem mixtam. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. ult. h.*

De reliquis modis tollendi obligationem, vid. Locamer. *n. 19. h. ibique analect. Lynckerian.* veluti ſunt: Compenſatio, rei interitus, confuſio, violenta exactio, & *concurſus* duarum cauſarum *lucrativarum* in unam, *L. 17. de O. & A.*

LIB. IV. TIT. I.

De

Obligat. quæ ex del. naſcuntur.

Ad Qu. 1.

C*Onſenſu*) *In delictum*, non verò in pœnam. vid. L.B. de Lyncker. *ad Locam n. 2 h.*

in pœnam conſenſiſſe) Diſſent. L. B. de Lyncker. *d. l. it. analect. ff.* L. 47. *th.* 3. *& in monit. ad* Stryck. *de act. inveſtig. ſ.* 1. *m.* 10. §. 2. Cum *Authore*, qui *in comment. I. h.* pluribus opinionem ſuam demonſtrare conatur, faciunt H. Grot. *L.* 2. *de J. B. & P. c.* 20. §. 2. *n.* 3. & alii ab Authore allegati; à partibus Lynckeri ſtant Pufendorff. *de J. N. & G. lib.* 8. *c.* 3. §. 5. Lauterbach. *Diſſ. de Voluntat. th.* 5. Franzk. *Ex.* 12. *qu.* 1. Ziegler. *ad Grot. d l.* Ludvvell. *&c.* It. Beckius *animadv. ad Author. comm. I. h.*

Ad Qu. 2.

turpe) i. e. in ſe illicitum. vid. Struv. *Ex. ff.* 48. *th.* 2. utut legibus demum poſitivis prohibitum.

Ad Qu. 6.

doloſe) Imò & culpa conſtituit verum delictum, ut in L. Aquilia; in *privatis* enim delictis nihil intereſt. Sed *imputatio* doli vel culpæ alterius conficit *quaſi delictum*. vid. L. B. de Lyncker. *analect: ad Locam. h. n.* 2.

Ad Qu. 8.

invito domino) Vel alterô, cujus intereſt, v. c. in furto ſolius uſus vel poſſesſionis, quod etiam ipſe dominus rei committere poteſt. vid. *inf. qu.* 31.

lucri-

lucrifaciendi) Aliàs committitur delictum aliud. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 4 h.* Author. *comm. I. h.*

contrectatur) H. e. perverſe tractatur. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 3.* Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 9.

Aff.) Nec opus eſt, ut præſuppoſitâ communione primævâ cum *Grotio*, (quem approbare videtur Author *comm. I. h.*) ſaltem *reductivè* juri nat. adverſum eſſe, adſeramus. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *1. h.*

Ad Qu. 10.

hodie) Conf. Author. *comm. I. h. in Uſ. Hod.* Et tamen ſpeciem peculiarem hodie non conficere furtum manifeſtum, ſed ſolùm circumſtantiam aggravantem, cum Carpzovio aſſerit L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *3. h.*

Ad Qu. 12.

h. § *3. explicandus*) Vid. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 20.

Carpz pr. cr.) Add. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 22.

nec hodie abrogatam) Vid. Author. *comment.*

ment. I. h. in Uſ. Hod. Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 44. t. 7. th. 70.* Berger. *reſolut. Lauterb. p. m. 822. & tr. de uſ. act. pœn. §. 20.* utut in foro rarius practicetur: ita intelligenda *analect. Lynckeriana ad h. §. 5.*

Ad Qu. 23.

quia gravius eſt) Vid. Author. *comment. Inſtit. h.*

Ad Qu. 24.

pœna ſuſpendii) Add. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

quinque ſolidos) In Electoratu Sax. ob 10. in provinciis Thuring. ob 20. thaleros. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 5. h.* ubi etiam de perſecutione criminali *extraordinaria.*

Ad Qu. 25.

Affirm.) Add. Author. *comm. I. h. p. m. 744. ſeq.* Ubi in fin. monet judicem vel JCtum ſalvâ conſcientiâ eam dictare poſſe, licet ipſe injuſtam putet.

Ad Qu. 26.

probabiliter) Nec enim quælibet præſumtio ſeu perſvaſio ſufficit. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 7. h.* conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 28.

non invito) Quia *fidem* alterius ſecutus eſt. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 6. h.*

vio-

violatur) Unde ſi doloſe negaverit contractum, pœnam laquei dictari poſſe, notat Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 29.

L. 46. §. pen. ff. de furt.) Conf. Author. *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam, n. 19. h.* ubi ad conciliandam *d. l. 46.* dicitur, JCtum ſe corrigere in verbis: *veruntamen.*

conſentiendo) Simpliciter ſcil. & ad hoc ut auferens eam lucrifaciat; non etiam, ut eum in facinore deprehendat. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 8. h.*

datur) Et quidem cumulative. vid. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 30.

judicium publicum) Eoque *mater* & aliæ perſonæ experiri poſſunt, L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 9. h.*

Ad Qu. 31.

dicitur poſſeſſionis) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 10. h.*

Ad Qu. 33.

per laſciviam) Datur tamen tunc actio in factum, *h. §. 11.* tanquam ex delicto *innominato.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 11. h.*

Ad Qu. 34.

& ſic tenetur) Actione furti, non verò

conditione furtiva, ob *l. 6. de condict. furt.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 29. h.* Author. *comm. I. h.*

Etiam criminaliter) Vid. Author. *comment. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

aliàs ſecus) De dolo tamen *in factum* conſulens tenebitur. *l. 47. de R. J. arg. l. 8. de dol. mal.* L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 11. in f. h.*

Ad Qu. 35.

non tenentur) Niſi peculium caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe habeant. Locamer. *n. 34. h.* quo caſu tamen non directa & famoſa, ſed *utili* ſeu in factum actione tenentur. *l. 11. §. 1. de dol. mal.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. d. l.*

in noſtris ſervis) *Liberi* in carcere caſtigantur; *uxor* rerum amotarum convenitur; *propinqui & affines* intra quartum gradum extra ordinem coercentur. L. B. de Lyncker. *analect. d. l.* Author. *comm. l. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 36.

honeſta cauſa) *L. 14. §. 3 de furt.* vid. Author. *comm Inſt. h.*

Ad Qu. 37.

actionem conſequatur) *Fur* tamen actionem *commodati* habet, *l. 15. ſeq. commodat.* quia hâc actione pœnam ſeu lucrum non conſequitur. L. B. de Lyncker. *analect. h.* *Niſi*

Niſi uſus vel poſſesſionis) Ut commodatarius vel creditor pignoratitius. Author. *comment. Inſt. h.*

Ad Qu. 38.

ſive ſine culpa) Conſentit L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h.*

Ad Qu. 39.

æſtimatio) quæ in ſortem imputanda, & reliquum debitori reſtituendum. vid. Author. *comm. Inſt. h.* Locamer. *n. 40. h.*

Ad Qu. 40.

ipſe dominus) Idem obtinet quoad colonum ratione fructuum ſurreptorum, ſi ipſe non ſit ſolvendo. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad §. 15. h.*

Ad Qu. 41.

bonæ fidei emtori) Idem eſt in alio b. f. poſſeſſore ex cauſa oneroſa. vid. Author. *comment. Inſt. h.* Locamer. *n. 42. h.* ut tamen ſimul & domino concurrenti detur. Id. imò & contra dominum, ſi ipſe rem poſſeſſori ſurripuiſſet. L. B. de Lyncker. *ad Locam. d. n. 42.* ubi & lectio *Legis 12. §. 2. h.* contra Locamerum defenditur.

Ad Qu. 44.

non tenetur) Quid ſi autem ad omnem culpam ſe obligaſſet? Tunc furti agere poſſe, putat Author. *comment. Inſt. h.* Locamer. *n. 50.*

h. Sed diſſent. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. d. n. 50. & ad tit. ſeq. n. 15.* ubi *mutatio textus l. 2. §. 24. de vi bon. rapt.* (quam etiam approbat Author *comm. I. h.*) non admittitur.

Ad Qu. 46.

doli capaces) Quod arbitrio judicis committitur. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 51. h.* Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 49.

pervenerit) Id quod *ſingulare* eſt in condictione furtiva. vid. Author. *comm. Inſt. h.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 57. h.* conf. *inf. not. ad tit. 12. qu. 16.*

Ad Qu. 51.

Aff.) Vid. omninò Author. *comm. I. h.*

in Saxonia) Præſertim Electorali, *deciſ. 86.*

LIB. IV. TIT. II.

De
Vi bonor. raptor.

Ad Qu. 1.

V*iolenter*) Si non ratione *executionis*, tamen ratione *intentionis*. Author *comm. Inſt. h.*

palam) Datur tamen etiam rapina *nec manifeſta.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 1. h. & ad tit. præc. §. 2.*

Ad

Ad Qu. 2.

de vi & vi armata) Seu interdicto *Unde vi*, Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 4.

hanc actionem) Quæ *commodior* eſt, quia ſimul rem comprehendit, & *latior*, quod detur ob *damnum* illatum coactis hominibus: utut *novam* hanc actionem ultra terminum legalem *quadrupli* extendere non potuerit. Interim concurrit actio furti *in perpetuum*, nec non judicium publicum. vid. Lyncker. *analect. ad pr. h. t.*

Ad Qu. 6.

ad nos pertinet) Quamvis enim aliàs *ex bonis* eſſe dicatur, quod per *jus ad rem* ad nos pertinet; tamen hic latius accipitur, ut omne id ex bonis eſſe dicatur, quod non eſt in dominio. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 14. h.*

&c.) quatenus ob *depoſitas* detur? vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 15. h.*

Ad. Qu. 9.

Neg.) Sed multi caſus in legibus illis ad *exceptionem* reſpiciunt, per quos ſeducti alii uſum planè juribus iſtis detraxere. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locamer. n. 11. h.*

ſalva actione) Præſtitâ tamen Emendâ

& mulcta. vid. Author. *comment. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 11.

rei oblatæ) Lege: *rei ablatæ.*

Ad Qu. 13.

manifeſti tenetur) Etiam poſtquam de rapina in triplum actum fuerit, ad reſiduum *ſimpli* pœnæ. Locamer. *n. 4. & 6. h.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 1.*

Ad Qu. 15.

hodie) quamvis actionem *vi bon. raptor.* hodienum inſtitui poſſe, putet Author. *comment Inſt. h. in Uſ. Hod.* frequentius tamen pœnam publicam obtinere, monet: ita & *analecta Lynckeriana ad pr. h. in fin.* ibi: *publicum fere* accipienda. conf. *analect. ff. L. 47. t. 8 th. 49.*

ſub hypotheca bonorum ſuorum) Utique actor immobilia poſſidens, ſi *per ſe* cauſam agat, hodie ad oppignorationem illorum non tenetur; ſecus ſi *per procuratorem* experiatur, ut is dominus litis fiat, & ipſe principalis pro eo fidejubeat, vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 4. h.*

de veniendo) Ratio Locameri *n. 22. h.* ut ſcilic. tanto directius actio judicati contra ipſum naſcatur: reproba habetur. vid. omninò *analect. Lynckerian. ibid.*

Ad Qu. 20.

de judicato ſolvendo) Nota: fidejuſſor judicatum ſolvi beneficio *excuſſionis* uti non poteſt. Mev. *1. dec. 229.* L. B. de Lyncker. *analect. contra Locamer. n 23 h.*

mandatum non habet) Abſentes enim reos defendi à quibuscunque publicè intereſt. L. B. de Lyncker, *analect. ad §. 5. h.*

LIB.

Lib. IV. Tit. XII.

De
Perpet. & temporal. action. &c.

Ad Qu. 3.

VEl *mixta*) Has reverâ non dari, jam ſupra notavi; neque Imperator in *pr. h.* earundem meminit.

Ad Qu. 4.

quamdiu jus in re) Diſſentit Beckius *animadv. ad Author. comm. I. h. p. m. 935.* ubi diſtingvit inter præſcriptionem actionum & rerum.

vel 20. annis) Et contra malæ fidei poſſeſſorem (vel cui alia uſucapionis requiſita deficiunt,) non niſi 30. annis. Author. *comm. I. h. p. m. 935.*

terminentur ſervitutes) Ratio, quam Author *comm. I. d. l.* addit: *utpote rebus immobilibus cohærentes*, non eſt adæquata: Nam uſusfructus, utut rei mobilis, æque terminatur longo tempore. vid. Lauterbach. *ad tit. ff. quib. mod. uſusfr. am.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locamer. ſupr. tit. de uſufr.* §. *3. n 16.*

Ad Qu. 6.

breviorem) Aut omnem præſcriptionem, ob atrocitatem, impediat. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 937.*

Ad Qu. 7.

ob jus perſonale) Ex quô potentiorem ſpeciem conficit Author. *comm. Inſt. h. p. m. 938.* Imò *actio fam. erciſc. fin. regund. & comm. divid.* totæ quantæ ſunt perſonales.

ineſt) In hæreditatis petitione ineſt objectivè, non efficienter.

Ad Qu. 9.

ad modum realium) Excipitur *hypothecaria*, quæ 30. annos adverſus tertium, (aliter Author *comm. Inſt. h.*) 40. adverſus debitorem (rationem ex duplici jure, reali ſcil. & perſonali depromit Author *comm. I. h.* & Stryck, *de act. inveſtig. § 3. m. 2. ax. 1. ampl. 2.* Sed vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 20. t 4. th. 40.* & Nicei *monit. ad Stryk. d. l. n. 4907. ſeqq.*) durat. Sic & quælibet alia per *litis conteſtationem* ad 40. annos poteſt prorogari. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locamer. n. 4. h.*

Etiamſi ex delicto) Vid. Author. *comm. I. h. p. m. 939.* ubi idem de Interdictis aſſerit.

i. e. quadriennio continuo) Non ad omnia reſciſ-

reſciſſoria remedia Prætoria, adeoque nec ad Paulianam illud quadriennium ſpectare, pluribus evincit Niceus ſ. L. B. de Lyncker. *monit. ad Stryk. de act. inveſtig. S. 3. m. 3. n. 5193. ſeqq.*

Ad Qu. 10.

anno) Qui tantum rat. initii eſt utilis. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 940.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. h. n. 5.*

Hæ enim) Ob imitationem civilium. vid. Locamer. *n. 4. h. ibique* L. B. de Lyncker. *analect.*

perpetuæ) Actio autem doli eſt biennalis. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 941.*

Ad Qu. 13.

in genere conventione) Nec excludantur actiones ex pactis veſtitis, legitimis ſcil. & adjectis. Sed & actiones dativæ huc ſpectant.

Ad Qu. 14.

in ſolidum) Pro portione tamen hæreditaria. vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 943. ſeq.* ubi ampliat. (1.) licet contractus ſint perſonales, v. c. ſocietas, &c. (2.) dolus intervenerit. vid. Qu. ſeq. 15. (3.) ad pœnam conventionalem agatur.

&c.) Niſi aliter conventum. Author. *dict. loc.*

Ad Qu. 15.

Aff.) An etiam in contractibus ſtricti juris? Affirmat Author *in comment. Inſt. h. p. m.* 944 cum Lauterbachio *Diſſ. de tranſit. action. th.* 23. Negat Locamer. *not. ad* §. 1. *h. n.* 17. & L. B. de Lyncker. *analect. ad h.* §. 1. *cum Emendat. pag.* 13. *ſeq.* & *ad ff.* L. 16. t. 3. *th.* 42. niſi cum defuncto *lis conteſtata* fuerit.

uti intellig. h. §.) Ita etiam Lauterbach. *d. diſſ. th.* 24. Alii de *depoſito miſerabili.* Sed vid. *analect. Lynckerian. dd. ll.*

Ad Qu. 16.

active) quoniam patrimonii cauſam reſpiciunt, & propterea in bonis eſſe dicuntur; actio verò injuriarum ad perſonam pertinet, & vindictam perſequitur: unde *in bonis* non eſt, niſi per L. Conteſtationem tanquam quaſi contractum. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 1. *h.* add. Author. *comm. Inſt. h. p. m.* 941. *ſeq.*

perſecutionem) Idem de *mixtis* & *pœnalibus* aſſerit Author. *comm. Inſt. h. p. m.* 942.

&c.) Vid. Locamer. *n* 15. *h. ibique analect. Lynckerian.*

non paſſive) Ne quidem in *rei perſecutoriis* aut *mixtis*. vid. Author. *comm. I. h. p. m.* 942. *inf.* Locamer. *n.* 13. *ibique analect. Lynckerian.*

rapto-

raptorum) Quæ non datur, licèt quid pervenerit. Viciſſim condictio furtiva datur, licèt nihil pervenerit. *l. 9. ff. de condict. furt.* Author. *comm. I. h. p. m. 943.* Locamer. *d. n. 13.* L. B. de Lyncker. *analect. ad §. ult. I. de oblig. quæ ex del.* Diſſent. Pagenſtecher. *ſicilim. ad Lauterbach. comp. jur. tit. de condict. furtiv.*

Ad Qu. 17.

ad pœnam corporalem) Sed hic multa diſtinctione opus eſt. vid. omninò L. B. de Lyncker, *analect. ff. tit. de pœn. th. 106.*

Ad Qu. 18.

L. 130. pr. de R. I.) Lege: *L. 139. pr. de Reg. Jur.*

Ad Qu. 19.

perpetuæ ſunt) Excepta actione doli. *l. ult. C. de dol. mal.* Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 20.

Aff. h. §. fin.) Ubi tamen vox *abſolutoria* non eſt accipienda cum Locamero *h. n. 19.* ùt *condemnationi* opponitur; ſed ùt *dimiſſionem* notat. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ibid.* conf. Author. *comm. I. h.*

Lib. IV. Tit. XIII.

De Exceptionibus.

Ad Qu. I.

Summo jure fundatam) Iniquam tamen, jure ſcil. judicii & æquitatis *ſpecialis.* Unde excipiens ne quidem *intentionem* actoris fateri intelligendus eſt. *l. 9. ff. & l. 9. C. h. t.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. I. h. & ad Locamer. n. 2. h.*

de facto) Multum autem intereſt, an quis *ipſo jure*, an *per exceptionem* tutus ſit. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. Inſt. h. t.*

ſeu juris) Quando reus *depellendo* ſe defendit. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

ſeu facti) Quando reus *negando*, vel *ſimpliciter*, vel *cum affirmatione novi facti*, veluti, ſolutionis, compenſationis, &c. ſe defendit. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 2.

ſeu in factum) Quæ tamen aliàs ab exceptione *erroris* diſtingvenda eſt. Nam hæc eſt *ſpecialis*, & datur etiam ob errorem *juris*; illa *gene-*

generalis & *ſubſidiaria*, quæ toties competit, quoties æquum eſt, aliquem non condemnari, & tamen nominatim aliqua exceptio prodita non eſt. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 4. h.* Author. *comm. I. h. p. m. 949. ſeq.*

Ad Qu. 8.

ipſo jure nullus ſit) In eô igitur Locamerus *Quæſt. Juſt. 390.* & Ludvvell. *comm. I. h.* impingit, quod *metum* & *dolum* ad paria redigat. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 5. h.*

Ad Qu. 10.

intra biennium) Quatenus eſt privilegiata. Aliàs enim *vulgaris*, quæ non mutuo aut doti, ſed ſtipulationi, ut *h.* §. 2. objicitur, perpetua eſt. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 2. Inſt. h.*

Ad Qu. 12.

nihilominus agit) Imò ſi conſtet juratum eſſe, Prætor ſtatim ab initio actionem *denegat*; & ſic in aliis quibusdam, vid. *t. t. ff. quar. rer. act. non dat.* L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 4. Inſt. h.*

imputare debet) Nec de perjurio quæritur in eodem judicio, §. 4. *Inſtit. h.* quod tamen non ini-

iniquum eſt in cognitione alia. vid. Locamer. *ad d. §. 4. n. 14. ibique analect. Lynckerian.*

Ad Qu. 13.

Exemtionem) Lege : Exceptionem.

Ad Qu. 14.

contra priorem, de eadem re, ex ead. cauſa) Vid. Author. *comm. Inſt. h. t.*

Ad Qu. 20.

temporales) Juxta illud : Quæcunque ad agendum temporalia ſunt, illa ad excipiendum ſunt perpetua. vid. Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 21.

lite finita) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad h. §. 9.* Author. *comm. Inſt. h. p. m. 955. ſeq.* ubi & de Uſ. Hodiern.

Ad Qu. 22.

Aff.) Vid. omninò Author. *comm. Inſt. h. d. pag. 955.* Nec olim conteſtatio illarum exceptionum in judiciis ſtricti juris vel arbitrariis neceſſaria fuerat, quæ nihil facti, ſed *jus* merum continebant; qualis eſt diviſionis, excuſſionis. A. Faber. *ad tit. de except. C. Sab. def. 1.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. h. num. 19.*

Ad

Ad Qu. 24.

Duplices) Quas omnes per tabellam ſeu ſchema exhibet Author *in comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 25.

h. §. fin.) Ubi miles ne quidem ex ſacro reſcripto procuratorem agere licet, ob præſumtionem ſub- & obreptionis; tacitè tamen admittitur. vid. L. B. de Lyncker. *analect.* & Author. *comment. ad d.* § *fin. h.*

ratione Cautionis) Lege: ratione Citationis.

Ad Qu. 26.

canon. & camerali) Vid. Author. *comment. Inſt. h. t. in fin.*

dubia) Conf. Author. *comm. d. l.* L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad § fin. h. t.*

Ad Qu. 27.

Carpzov. *P. 1. C. 3. d. 13.*) Lege: *Carpz. P. 1. c. 3. d. 17.*

Ad Qu. 28.

exaudienda L. 17. C.) Lege: *exaudienda l. 19. C.*

Vid. Carpz.) Add. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 960. ſeq.* ubi & *de Uſu Hodiern.*

Ad Qu. 29.

Reales) Quæ ita dicuntur, non quod jus in

in re reſpiciant, ſed quod heredibus competat. Nam hæc diſtinctio deſumta eſt ex perſona eorum, quibus exceptiones competunt. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. tit. ſeq.* § *fin. n.* 4.

quorum intereſt) Rationem tradit Author. *comm. Inſt. ad* §. 4. *tit. ſeq.*

Ad Qu. 30.

Perſonales) *Mixtas* etiam nonnulli appellant, quæ quidem reales ſunt reſpectu *heredum*; ſed non reſp. *fidejuſſorum*: qualis eſt exceptio *minorennitatis*. Dantur quoque exceptiones, quæ certis tantùm heredibus tribuuntur; veluti exceptio *competentiæ*, rat. dotis reſtituendæ, quæ duntaxat competit *liberis* heredibus mariti, non hæredibus aliis. L. B. de Lyncker. *analect. d. l.*

Tales ſunt) Vid. Author. *comm. I. ad tit. ſeq.* §. *fin.*

Lib. IV. Tit. XIV.

De *Replicationibus.*

Ad

Ad Qu. 2.

D*Uplicatio*) Quæ ita dicitur ratione rei conventi, quando ejus allegationes in judicio ſeparatim conſideramus, quarum prima eſt exceptio, ſecunda Duplicatio, ſein anderes Einbringen. Aliô reſpectu *triplicare* dicitur reus in *l. 7. §. 1. de cur. fur.* & *l. 2. de except.* quatenus duplicatio eſt tertia allegatio *poſt actionem.* L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 1. h.*

Ad Qu. 4.

In Camera tamen) Add. de aliis Judiciis Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod.*

Lib. IV. Tit. XV.

De Interdictis.

Ad Qu. 1.

P*Etitoria)* quibus principaliter de proprietate alicujus rei, vel juris litigatur. Author. *comm. Inſt. h. in Uſ. Hod. p. m. 970.*

poſſeſſoria) Quæ hodie dividuntur in *ordinaria* ſeu *plena*, & *Extraordinaria* ſeu *ſummaria*, aliàs *ſummariisſima* ſ. *Momentanea.* vid. Author. *d. l.* Sed hæc diviſio pertinet tantùm ad Interdicta retinendæ poſſesſionis, vid. L. B. de

de Lyncker. *analect. ad* §. 4. *h. t.* & *ad ff. pag.* 95. & 418.

Interdicta) A quibus differebant *Edicta*, quæ veluti regulæ fuerant & jura *univerſalia*, è quibus *Interdicta* tanquam remedia fluebant. Dicuntur etiam *perſecutiones* in *l.* 178. §. 2. *de V. S.* L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr. h. t.*

olim erant) Nec tamen rectè aſſerit Locamerus *n.* 1. & 31. *h.* & Author *comm. Inſt. ad pr. h.* interdicta jam ævô *Juſtiniani* penitus *ab uſu* receſſiſſe; ſiquidem hoc tantum Juſtinianus §. *fin. h.* innuit: *neceſſe* non eſſe, reddi interdictum, & deinceps actionem ordinariam dari, quæ ſcil. ap. Judicem pedaneum diſceptaretur. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr. h.*

Decreta) Hodie in *Camerâ* & *Aulâ Imperiali* dicuntur *Mandata*, cum vel ſine clauſula; in *Saxoniâ* & *alibi*, *Inhibitiones*. L. B. de Lyncker. *analect. d. l.* Author *comm. I. h. d. pag.* 970.

Ad Qu. 2.

Actiones) Et quidem analogicè ſeu per Aſſimilationem vel *reales* vel *perſonales*. vid. L. B. de Lyncker. *analect. d. l.* & Auctor. *comment. Inſt. h. p. m.* 968. qui etiam ad objectiones reſpondent.

maxi-

maximè) Hanc particulam implicativam declarat Author. *comm. Inſt. h. pag. mihi 969.* & L. B. de Lyncker. *analect. ad pr. h.*

Ad Qu. 4.

alia Reſtitutoria, alia Exhibitoria) Obtinuit enim, ut & hæc non ſolum decreta, ſed etiam interdicta, quaſi inter duos dicta, vocentur. vid. *d. §. f. Inſt. h. ibique analect. Lynckerian.* ubi & aliæ rationes etymologicæ, quòd ſcil. interdicere etiam pro mandare & decernere ſumatur, in *l. 1. ut in flum. publ.*, & nomen generis ſæpe ab unâ, & vel *potiori ſpecie* deſumatur; it. interdicta ſint quaſi interim dicta. Quin & in reſtitutoriis & exhibitoriis indirectè contrarium interdicitur.

alia retinendæ.) A quibus non ſunt diverſa interdicta *conſervandæ* poſſeſſionis. vid. Author. *comm. Inſt. ad §. 2. h.*

poſſeſſionis) Diſcernendum eſt *hic* ante omnia, *Jus poſſesſionis*, à *Poſſesſione* ipsâ. vid. omninò L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 2. h.*

Ad Qu. 6.

quanti res eſt) Vel quanti intereſt, add. Author. *comm. I. ad §. 1. h.*

Ad Qu. 7.

præſtet) De uſu Hodierno vid. Author. *comm. Inſt. ad* §. 1 *h.*

Ad Qu. 9.

ad navigabilia) Add. Author. *comment. ad* §. 1. *Inſt. h.* ubi tria interdicta recenſet, & uſum hodiernum ſubjicit.

Ad Qu. 10.

reſtitui) Dicitur autem *reſtitutorium* quoque interdictum, quod de *adipiſcenda* poſſeſſione competit, quam tamen nunquam habuimus; tantum quòd *Prætor* ex eâ cauſâ poſſeſſionem *in Edicto* porrigat. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 7. h. t.*

Ad Qu. 12.

præſtandam) Idque ſæpius, donec exhibeat. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 973.* ubi & de uſu hodierno.

Ad Qu. 13.

hodie utile eſt) Conf. Author. *d. l.*

Ad Qu. 17.

Quorum bonorum) Quod ab initialibus verbis Edicti prætorii ita appellatur, ùt etiam in aliis uſu venit. Author. *comm. I. h.*

bonorum poſſeſſori) I. e. ſucceſſori Prætorio. conf. Author. *comm. Inſt. h. ad verb. quorum poſſeſſio alicui data.* hæ-

hæredi) Seu ſucceſſori civili.

Ad Qu. 18.

rerum) Etiam incorporalium principaliter; ſed in hôc interdicto non niſi in conſequentiam. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. *3. h.*

leviores) Tertia differentia, quam à ceſſante appellatione in *ſummariiſſimo* petit Author *in comm. I. h.* utique fallit, quia interdicta adipiſcendæ non conſtituunt ſummariiſſimum. Affine huic interdicto eſt remedium *L. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* de quo vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 976. in fin.*

Ad Qu. 19.

ut inde Falcidiam) quin etiam ob quodcunque aliud intereſſe hæredis. vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 977.*

Ad Qu. 20.

Salvianum) A *Salvio* Prætore quodam ſic dictum. Author. *comm. I. h.* De quô interdictô peculiariter agit *Statilius Pacificus.*

utiliter etiam Locatori) Hoc melius dicitur *Quaſi Salvianum*, quod differt ab *utili* Salviano. vid. L. B. de Lyncker, *analect. ff. Lib. 43. tit 33. & ad* §. *3. Inſt. h.*

tertium) qui cauſam habet à conductore.

re.

re. Author. *comment. Inſt. h. pag. m. 977. item 980.*

Ad Qu. 21.

differt) Add. Eckolt. *ad ff. tit. de Salvian. interdict. §. 10.* Lauterbach. *colleg. ff. d. t. §. 3.* L. B. de Lyncker. *analect. ff. d. t. pag. 423.*

Ad Qu. 22.

retinendæ poſſeſſionis) Ad hæc autem pertinet diſtinctio in poſſeſſorium *ordinarium* ſeu plenum, quod ſuper jure *poſſeſſionis plenæ* deducitur: & *ſummarium* ſeu *ſummariiſſimum* aut *momentaneum*; in quo leviter de *facto* poſſeſſionis, ſeu jure poſſeſſionis ad interim conſervandæ agitur: quisnam ſcil. tantiſper in poſſeſſione eſſe debeat, donec plenius de *jure poſſidendi pleno* in ordinario, vel etiam de *jure petitorii* perpetuô agatur. Gail. *1.* O. 7. vid. omninò L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad §. 4. h.*

Uti poſſidetis, Utrubi; &c.) quæ quidem remedia *generalia* ſunt: cùm etiam pro rebus, maxime *incorporalibus* aliisque plura *ſpecialia* in Pandectis exhibeantur, e. g. de *ſuperficie*, de *itinere actuque privato*, &c. nec minus ad reliquas *res incorporales*, de quibus ſpecialia interdicta prodita non ſunt, Interdictum *uti poſſidetis* utiliter extenditur; & res *mobiles* ſæpè

in

in conſequentiam aliorum interdictorum veniunt. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 4. *h.*

Ad Qu. 25.

(3.) *fructus percipiat*) Add. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 979.*

Ad Qu. 26.

utiliter etiam) Vid. *not. ad qu. 22. h. verb. uti poſſidetis.*

quocunque modo) Sive facto ſive verbis & minis. vid. Author. *comm. h. p. m. 980.* Si tamen ſolùm *vexandi*, non etiam poſſeſſionem *ſibi aſſerendi animô* ſuſcepta eſt turbatio, non datur hoc interdictum, ſed *injuriarum* actio. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad* §. 6. *in fin. h.*

Ad Qu. 27.

uti explicanda l. 3.) Add. Author. *pag. m. 981.*

Ad Qu. 29.

injuſte posſidere) Differunt autem *juſtè* vel *injuſtè* poſſidere, & *bona fide vel mala fide* poſſidere. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad* §. 5. *Inſt. h. & ad ff. pag. 380. ſeq.*

Ad Qu. 32.

poſſidet) Sive *naturaliter* & citra opinionem domini, ſive *civiliter*, h. e. opinione domini detineat. vid. L. B. de Lyncker. *analect.*

dd. ll. Ubi etiam, quod *duo* eandem rem *in ſolidum* non poſſint *poſſidere*, ne quidem *diverſâ ſpecie* in eod. *genere* poſſeſſionis, ad *formam internam* relatæ.

Ad Qu. 36.

in cuſtodia noſtra) Vid. Author. *comm. Inſtit. h.*

Ad Qu. 38.

(ita enim emendanda nova edit.) *Gothofred. in not.)* Add. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 985. ſeq.*

Ad Qu. 40.

immobilium) Et *utile* quoad quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium. Author. *comment. Inſt. h.*

vi dejectus) Nam quod Locamer. *n. 25. h.* de precaria & clandeſtina occupatione tradit, ita intelligendum eſt, ut in *ſpolium* deſinat. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ibid.*

Ad Qu. 41.

vitioſe poſſederit) quod ſingulare in odium ſpolii. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 6. h.* & Author. *comm. I. h.*

in continenti) Nam talis dejectio ſpeciem *defenſionis* habet. L. B. de Lyncker. & Author. *comm. dd. ll.*

Ad

Ad qu. 42.

vid. ſupr. Qu. 8.) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 27. h.* ubi etiam de aliis remediis remiſſive. De remedio *canonis redintegranda.* vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 987. ibique allegg.*

Ad qu. 44.

Duplicia) Alibi etiam mixta. *l. 37. §. 1. de O. & A.*

ſuſtinet) Conf. Author. *comm. Inſt. h.*

Lib. IV. Tit. XVI.

De

Pœna temere litigantium.

Ad qu. 1.

C*Oercentur*) Seu *cohibentur.* Nam rubrica à potiori deſumta eſt; quia *juramentum calumniæ* non eſt pœna. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr. Inſt. h. t.*

temere litigantes) Qui differunt à *litigatoribus calumnioſis*, vid. Author. *comm. Inſt. ad pr. h.*

Ad qu. 4.

præſtatur) Quod tamen hodie plerisque

locis foro ceſſit. L. B. de Lyncker. *analect. ad rubr. Inſt. h. t.* add. tamen Author. *comm. Inſt. h. p. m. 990. & 992. ſeq. in Uſ. Hodiern.*

Ad Qu. 5.

Quinque) Vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 991.*

juſta videtur) Eſt enim tantùm credulitatis juramentum. Author. *comm. I. h. p. m.* 992.

Ad Qu. 6.

ſpeciale) Add. Author. *comm. I. h. pag. m.* 991.

Ad Qu. 7.

ob generale) Vid. Author. *comm. I. h. in Uſ. Hod. p. m.* 993.

Ad Qu. 8.

olim decima parte) Quæ quidem pœna in *Novell. 112. c. 2.* reperita videtur. Locamer. *n.* 3. *& 11. h.* nec tamen abolitô per hoc juramentô calumniæ ; ſed hôc additô, ut *decimæ* fieret cautio. At verò hâc decimâ non utimur. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locamer. n. 11. h.*

probabilem habuerit cauſam) Quod non colligitur ex juramento calumniæ ; ſecus ſi ex conſiliô prudentum litigaverit. vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m.* 994.

Ad

Ad Qu. 9.

Bene tamen) Vid. *præjud.* ap. Rivin. *enunciat. jur. tit. 36. n. 2.*

Ad Qu. 14.

ad tit. ff. de his, qui ſui vel al. jur. n. 6.) Lege: *de his, qui not. infam. n. 6.*

Ad Qu. 15.

ſuo nomine) Secus ſi alieno. *l. 6. §. 2. ff. de his, qui not. infam.*

de dolo malo) Vid. Author. *comm. I. b. p. m.* 996.

injuria) Ubi tamen hodie benigniora ſunt judicia in reſervandô honore. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad Locam. n. 17. b.* Author. *comm. Inſt d. l.*

de ſingulari fide rupta) Vid. Author. *comment. Inſt. pag. mihi* 996. *ſeq.*

Ad Qu. 16.

expreſſus) Aliàs præſumitur pro mitiore parte. Author. *comm. I. b.*

ſi contrariis) Niſi de *evidente dolô* agatur; quod rarius accidit. vid. *l. 6. §. f. ff. de his qui not. inf.* C. J. A. *tit. mandat. th. 41.* L. B. de Lyncker. *d. l.*

Ad Qu. 17.

privatis) Secus eſt in publicis capitalibus. vid. Author. *comm. Inſt. b. p. m.* 998.

Ad Qu. 18.

ſine juris authoritate) Factum illud infamiâ *ſpecialiter* notante. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. tit. de his, qui not. infam. pr. pag. m. 66. ſeq.*

elegans l. 25.) De illo, qui ancillam ſtupraverit.

Ad Qu. 19.

per in jus vocationem) Qua ratione autem *citatio* æque ac litis *conteſtatio* dicatur initium judicii? vid. L. B. de Lyncker, *analect. ad Locam. h. n. 21.*

Neque enim hodie) Olim enim à quolibet *privato* per *vim* fieri poterat. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h.* Author. *comm. Inſt. h.*

Ad Qu. 22.

ſupectus) Lege: *ſuſpectus.*

Ad Qu. 23.

Quavel) It. Vel viva voce, mündlich; vel ſcriptura, ſchrifftlich. Auth. *comm. Inſt. h. p. m. 999.*

Ad. Qu. 24.

ubi ſit) Vel ob aliud impedimentum, v. c. loci non tuti, aut ſi citatus faciat, ut citatio ad ipſum non perveniat. Author. *d. l.*

Ad Qu. 25.

ſimpliciter) H. e. absque præciſa compari-

ritionis comminatione. vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 999. ſeq.*

Ad Qu. 26.

citatus) Vid. Author. *d. l. p. m. 1000.*

LIB. IV. TIT. XVII.

De
Officio Judicis.

Ad Qu. 1.

DEfiniendi) Ita ut hic Judicis nomine etiam Magiſtratus venire poſſit; ut *tit. ff. de Reb. autorit. Judic. poſſid.* & *tit. C. de Idict. omn. Judic.* L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. ad rubricam h. t.*

Ad Qu. 4.

actioni non inſervit) Nec enim *ex officio* Judicis *nobili* datur *actio* quædam; ut quidem malè tradit Locamer. *n. 1. h.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ibid.*

nudam implorationem) Quæ tanquam *clauſula ſalutaris* hodie libellis plerumque ſubjicitur. vid. Author. *comm. l. h. p. m. 1001. ſq.*

Ad Qu. 5.

Mercenarium) Unde ſic dicatur? tradit Author. *d. pag. 1001.*

nec ultra eam) Interim aliquando *digreſ-*

ſionem habet. vid. omninò L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 1. h. t.*

Ad Qu. 6.

ne aliter judicet) Conf. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 1002.* ubi brevis inſtructio.

Alioquin) Si ſcil. contra jus *conſtitutionis* ſeu *in theſi* & ſimpliciter ſit lata. Locamer. *not. h. n. 2. ibique* L. B. de Lyncker. *analect.* Author. *comm. l. h.*

Exemplum eſt) Conf. L. B. de Lyncker. *analect. d. l.* Author. *comm. l. h. p. m. 1003.*

L. 2. Qu. provoc.) Lege; *L. 2. C. Qu. provoc.*

ad Qu. 8.

rat. judicis) Ob defectum jurisdictionis prorogabilis.

Partium) Ob defectum mandati, &c.

Proceſſus) V. c. ob defectum citationis; ſi teſtes in tergum partis ſint examinati, &c.

Ad Qu. 10.

indiſtinctè) Sive bonæ fidei poſſeſſor fuerit ſive m. f. reus, ſive percepti ſint fructus ſive percipiendi; ſive petiti fuerint in libellô, ſive minùs.

pro diverſitate) It. pro diverſitate, an in libello petiti ſint, vel ſecus; an percepti vel percipiendi.

de

de quibus dictum ſupra) Ubi conf. *notata.*

Ad Qu. 11.

Aliud in actionibus perſonalibus) Moribus tamen indiſtinctè, & quidem brevior dilatio conceditur. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 7. b.* add. Author. *comm. I. h. in Uſ. Hodiern.*

in quantitatem) Quoad *rem* enim ſeu *ſpeciem* perinde, ut in realibus, reſtitutionem mox fieri debere, *arg. l. 38. ff. de R. V.* tradit Author. *comment. I. h.*

4. menſes) Poſt quas ad uſuras centeſimas tenebatur reus. *l. ult. C. de uſur. rei jud.*

Ad Qu. 12.

Niſi quod) Add. Author. *comm. I. h.* Locamer. *n. 11. & 13. b. ibique* L. B. de Lyncker. *analect.*

in hereditatis ſcil. petitione) Lege: in *illa, hereditatis ſc. petitione.*

Ad Qu. 13.

i e. conditione) Quæ tamen à fructibus diſcernenda eſt. vid. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. h. & ad ff. tit. de uſur. pag. 259.*

i. e. non uſucaptam) Meliùs forte: *e. g. non uſucaptam, nec deterioratam:* nam plura comprehenduntur ſub cauſa.

non uſucaptam) Quatenus autem lite conteſtata uſucapio procedere poſſit? vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locamer. n. 15. b.*

Ad Qu. 14.

contendere nolit) Igitur fructus non quidem in actionem ad exhibendum abſolutè & per ſe, quia *cauſam* habere debeat actor, veniunt, ſed *ex accidenti*. L. B. de Lyncker, *analect. ad* §. *3. b.*

Ad Qu. 15.

Dividet) Vid. omninò Author. *comm. Inſt. ad* §. *4. b. p. m. 1007.* ubi & de Uſu Hodiern.

adjudicationes) Quæ tamen non arguunt actionem in rem, vid. L. B. de Lyncker. *analect. contra Locamer. n. 18. & 21. b.*

alium modum) V. c. *alternationis*, Mutſchirung / de qua Pet. Müller. *pec. diſſert.* conf. Author. *comm. I. b. p. m. 1009. ſeq.*

Ad Qu. 16.

terminos) Qui probantur per lapides, arbores finales, &c. vid. Author. *d. l.*

& condemnationem) Eo quoque nomine, ſi quid malitioſè circa fines commiſit; licèt hoc aliàs incidat in *crimen termini moti*, cujus pœna eſt arbitraria, vid. Author. *comment. Inſt. b.*

Ad

Ad Qu. 17.

adjudicatio) Labitur ergò Locamerus *n. 21. h.* quando hunc effectum elicere vult ex dominio, quod antea habuerit, qui experitur, & ſic ex hypotheſi actionis mixtæ. Nam *adjudicatio*, per quam demum *fit* dominus, non eſt *declaratio* ejus, cujus jam *eſt* dominus. Etenim Prætor ex *poteſtate juris* civilis, tanquam rerum *domina* per adjudicationem facit dominum, cum aliàs per ſententiam hoc fieri non poſſit. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. f. I. h.* conf. Author. *comm. ad d. §. f.*

Lib. IV. Tit. XIIX.

De Publicis Judiciis.

Ad Qu. 1.

P*Lerumque)* Limitatur 1.) ſi ratio criminis aliquas perſonas præferat, ut in adulterio & ſuppoſito partu; 2.) ſi perſona ob ſexum vel delictum ſit inhabilis. vid. Author. *comm. Inſt. ad §. 1. h.* Sanè priori caſu etiam publica perſecutio ſuccedit, ceſſantibus his, quorum intereſt. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 1. h.*

cuilibet de populo) Nihilominus differunt

M 6 à po-

à popularibus judiciis. vid. author. *comm. Inſt. ad* §. *1. h.* ſcil. rat. objecti, durationis, & effectus infamiæ.

Ad Qu. 2.

privatis) Differunt etiam ab *extraordinariis*, vel *criminalibus actionibus*, quæ ex delictis privatis competunt; ut & *poſtulatione quaſi publica* ſuſpecti tutoris. L. B. de Lyncker. *d. l.*

multifariam) Tres notas ſeu principia cognoſcendi tradit Author, *comm. Inſt. h. p. m. 1012.* Imò publica non niſi per omnes cauſas, & ſic *ex omni parte* talia ſunt. vid. L. B. de Lyncker. *d. l.*

in inſtituendo) Add. Author. *comm. I. h. p. m. 1013.* ubi & uſus hodiern.

in exercendo) Add. Author. *d. p. 1013. ſeq.*

Ad Qu. 3.

(ita legend. in edit. 7.)

hodie frequentius) Et alicubi conſtituti ſunt procuratores fiſci, ut delinquentes accuſent. vid. author. *comm. I. ad* § *1. h. p. m. 1015.*

Ad Qu. 4.

forſan ob frequentiam) Vid. Author. *comment. I. h. p. m. 1012. verſ. Si porro quæras.*

Ad Qu. 5.

Capitalia) Quæ tamen vox quandoque

latiùs

latiùs accipitur, ut etiam pœnam exilii ſimplicis, ut & infamiæ denotet. vid. Locamer. *n. 6, h. ibique* L. B. de Lyncker. *analect.*

Ad Qu. 6.

in metallum) De hâc vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 3. Inſt. quib. mod. pat. pot. ſolv.* Dœpler. *theatr. pœnar. P. 1. c. 11.*

deportatio) Quæ non ſimpliciter, ſed quod ſaltem frequentius exerceretur, in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſiſſe dicitur in *l. 2. §. 1. de pœn.* vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 6. h.*

Ad Qu. 7.

Imperatur) Lege : *Imperator.*

Ad Qu. 9.

ſumma in Republ. poteſtas) Et huc etiam ſuo modo læſæ Majeſtatis *Divinæ* crimina, velutì blaſphemiam, perjurium, & dæmonomaniam, referunt. Qui verò ſuſurris magicis homines *enecant*, ad *L. Corn. de ſicar.* rediguntur. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 3. h.* add. *analect. ff. L 48. t. 4. th. 22.*

Ad Qu. 11.

vel Rempubl) Ut tamen ſi quid extrà perſonam Imperatoris in tranquillitatem publicam tentaretur, hoc etiam ad Imperatorem,

qui *Majeſtatem tenet*, referendum ſit. L. B. de Lyncker. *analect. d. l.*

Ad Qu. 12.

&c.) Privatos carceres habeat, milites injuſſu Imperatoris conſcribat, ſalvum conductum Principis violet, aut ejus ſigillo utatur. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 1016.*

Ad Qu. 13.

non extraneis) Sive ſint Vaſalli, qui feloniam committunt; ſive Advenæ, qui tanquam hoſtes aut proditores puniuntur. vid. Author. *comm. I. h. p. m. 1016. ſeq.*

Ad Qu. 14.

Imperatorem) Papam in ſuis ditionibus; non Imperatricem, nec Regem Rom. vivô adhuc Imperatore, Author. *comm. Inſt. h. pag. m. 1017.*

Electores) In *Electoribus* objectivè aut ſubjectivè committitur crimen læſæ Majeſtatis, & reverà in Cæſarem; adeoque non in Electores efficienter, multò minùs in Statûs cæteros: quamvis in hos quoque committatur crimen *analogum*. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. lib. 48. t. 4. th. 18. & ad Schvveder. Part. 2. ſ. 2. c. 2. §. 10.*

Principes Imperii) Sed tantùm *analogicè*; neque

neque *coërcitio* criminis illius tanta, ut majeſtatis. vid. L. B. de Lyncker. *dd. ll.* Unde melior ſententia *Ludvvelli*, quam Authoris *in comment. I. h. p. m. 1017. ſeq.* ubi etiam aliquam pœnæ differentiam agnoſcit.

Ad Qu. 15.

Pœna) Quæ etiam in conatu quodammodo obtinet. Author. *comm. I. h. p. m. 1018. ſeq.*

memoriæ rei damnatio) Quid hoc denotet? vid. Author. *comm. I. h. p. m. 1019.*

h. §. 4.) Lege: *h. §. 3.*

Add. l. 8. §. f.) Ut hac ratione parentes, qui pro affectu magis in liberis terrentur, eò facilius ab hoc crimine abſterreantur. Author. *comm. I. p. m. 1020.*

Ad Qu. 16.

quam quod civile) Et *infamia* liberorum *imputativa* magis eſt, quàm vera; vid. L. B. de Lyncker. *anal. ff. d. t. th. 20.*

indubitatum) Add. Author. *d. l.*

Ad Qu. 18.

cum aliena uxore) Ad objectiones reſpondet Author. *comm. I. h. p. m. 1021.*

per fornicationem) Seu illicitum concubitum. Nam fornicatio eſt peculiaris ſpecies incontinentiæ. *vid. inf. qu. 24.* Ad

Ad Qu. 20.

in utroque conjuge) Quamvis Juſtinianus jure noviſſimo mitior fuerit in fœminas, qui fuſtigatas in monaſterium detrudi jubet. vid. *Nov. 134. c. 10.* Author. *comm. I. h. p. m. 1021. ubi & de Uſu Hodierno.*

hodie variat) Vid. Author. *d. pag. 1021. ſeq.* ubi etiam de interceſſione conjugis.

arbitraria) Fuſtigationis cum perpetua relegatione.

in Electoratu) Ubi conjugato vel conjugatæ in omni genere adulterii pœna gladii dictatur. Quod etiam in Ducatu Saxo-Gothanô & Altenburgicô ita obtinet. vid. *Ord. Prov. Goth. & Altenburg. P. 2. c. 4. tit. 10.*

Ad Qu. 21.

honeſte vivente) Non abſolutè, ſed comparatè hoc intelligendum eſt, in oppoſitione ad commune proſtibulum. Nam aliàs in ſtupro, ſaltem voluntariô, minus honeſtè vivitur. Meliùs fortè dîceres: cum fœmina ſoluta honeſta, vel: aliàs honeſtè vivente.

Ad Qu. 23.

mors eſt) Etiamſi ſtuprata ſit meretrix, ſcil. de jure Saxon. Carpz. *qu. 75. n. 52. ſeqq.* Author. *comm. I. b. p. m. 1024.* ſecus de jure

com-

communi, L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 48. t. 5. th. 40.* ubi etiam de fœminâ, quæ *violentiam* mari infert ad concubitum, quod pœnâ arbitrariâ coërceatur, juxta Boer. *Dec. 317. n. 11.*

arbitraria) Idem eſt, ſi ſtuprata velit *nubere* ſtupratori. Finckelth. *Obſ. 114.* L. B. de Lyncker. & Author. *dd. ll.* Cæterùm vi ſtupratæ *ſertum* geſtare, cum Pfeilio *conſil. 147. Brunnemanno* & *Berlichio*, permittit Author *d. l.* ſed contrariam Carpzovii ſententiam *qu. crim. 75. n. 80. & 2. conſiſt. 237.* veriorem dicit L. B. de Lyncker. *c. l.* cui cum *Lauterbachio* conſentit Beckius *animadv. ad Author. comment. d. l.*

hodie plerumque) Add. Author. *comm. Inſt. h. d. pag. 1024. ſeq.*

ſtupratam) Niſi jam ante *vitiata* fuerit, Carpz. *qu. 68. n. 76. ſeqq.* quin & *lotrices* ſcholarium à regula excipit Berlich. *3. concl. 38. n. 82.*

jure Divino) Quia tamen lex illa *forenſis* eſt, & patri puellæ hanc copulativam in disjunctivam convertere licuit: inde Magiſtratui quoque idem licebit. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. d. t. pag. 490. in fin. & ad Deſſel. L. 5. t. 16. qu. 8.*

Ad

Ad Qu. 24.

meretrice) Quæ pro tali ſit habenda ? vid. Beck. *animadv. ad Author. comm. Inſt. h. p. m.* 1023. ubi exagitat *Gloſſam. jur. can.* quæ ad *can.* 16. *diſt.* 34. requirit, ut 23000. homines admiſerit. *arg. c. 9. diſt.* 45.

Ad Qu. 25.

arbitraria) Moribus hodiernis; jure verò civili extra omnem pœnam, atque ad ſtupra & adulteria vitanda permiſſam fuiſſe, per *l.* 13. §. 2. *ff. L.* 22. & 29. *C. de adult.* tradit Author. *comm. Inſt. h. p. m.* 1023. Diſſent. Mæſtert. *de juſtit. LL. Rom. lib.* 2. *c.* 11. & Beckius *animadv. ad Author. comm. d. l.* ubi etiam disquirit: an tolerari poſſint lupanaria in bene conſtituta Republ. add. Scharrock. *de var. incontinent. ſpec. c.* 3. *ſeq.* L. B. de Lyncker. *analect. ff. d. pag.* 490.

Ad Qu. 27.

Carpz. d. l.) Add. Author. *comm. Inſt. h. p. m.* 1022. *ſeq.*

Ad Qu. 28.

hic eſt) Nam *non doloſum* huc non pertinet directò, ſed *caſuale* & *neceſſarium* extra omnem pœnam eſt; *culpoſum* verò tantùm arbitra-

bitrariè, pro gravitate culpæ, punitur. vid. Author. *comm. I, b. p. m. 1025.*

Ad Qu. 29.

facto) Et armorum genere. vid. Author. *comm. Inſt. b.*

Ad Qu. 30.

exaſperatur) Vid. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 1026.* ubi etiam de *Aſſaſſinio.*

attentatum morte) Hodie arbitrarie, niſi ſit *aſſaſſinator.* L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 5. b.* Author. *comm. d. l.*

Ad Qu. 31.

occidendo, hominem committitur) Lege: occidendo hominem, committitur.

vel artes magicas) Itaque etiam huc pertinent *ſortiarii,* quatenus homines occidunt. Aliàs enim *magia,* (quale crimen dari, contra Wierium, Scotum, & alios, oſtendit Maurit. *Diſſ. de denunciat. ſagar. c. 1, & 2.* ap. Author. *comm. I. b.*) unà cum *blasphemiâ* & cæteris ejus generis, ad doctrinam læſæ majeſtatis tractari ſolent. L. B. de Lyncker. *analect. I. ad §. 5. b.*

Ad Qu. 32.

animo occidendi) Qui venena promiſcue vendiderint, arbitrariè puniuntur. Author. *comm. I. b. p. m. 1027.*

præ-

præprimis) Aliàs enim eſt pœna gladii vel arbitraria. Author. *d. pag. 1027. ſeq.*

Ad Qu. 34.

Affines - h. §. 6.) Equidem Locamerus *in d.* §. *6.* pro: *affinitatis*, legit: *affectionis*. Sed & lectio iſta, quam Author quoque retinet *in comment. d. §. 6.*, defendi poteſt, quatenus vocem *adfinitatis* in ſignificatu *communi*, pro cognatione propiori, accipias: quo maximè *adfines* occiſi pertinent, qui parricidii rei ſunt. Sic etiam *Author* in *textu* non minùs rectè legit: nuncupatione *parentum*, quàm *Locamerus*: nuncupatione *parricidii*. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. h. n. 15.*

Ad Qu. 35.

poſtea cum cane, &c.) De pœna illa ſolenni, vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 6. h. ibique allegg.*

Qu. 8. n. 7.) Lege: *Qu. 8. n. 17.*

in aliis verò locis) Add. Author. *comm. I. h. p. m. 1028. & ſeq.*

Ad Qu. 36.

eadem quæ homicidii) Nam legis Corneliæ capita plura fuêre, eorumque unum de Parricidis, quod *Lege Pompejâ* repetitum fuit: quo ſpectat *l. 1. ff. h.* L. B. de Lyncker. *analect. ad Locam. n. 19. h.* *homi-*

homicidii ? h. §. 9. in fin.) Lege: homicidii. *h.* §.*6. in fin.*

exaſperari) Carpz. *qu. crim. 9.*

Ad Qu. 37.

participes) Ergo Locameri contraria expoſitio *n. 18. h.* recipi nequit. L. B. de Lyncker, *analect. ibid.*

Ad Qu. 38.

ſpeciali lege notatur) Ne crimen hoc extendatur nimium, nec quælibet veritatis immutatio aliquem falſo implicet, ex legibus civilibus accuratè *definitio* ejus concipienda eſt. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ad §. 7. Inſt. h. & ad ff. Lib. 48. tit. 10. th. 69. it. ad Deſſel. L. 5. tit. 20. qu. 1.*

utpote) Add. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 1029.*

Ad Qu. 39.

ultimum ſupplicium) Eſt verò h. l. obſervandum, quod illa tantum crimina coercitionis arbitrariæ ad ultimum ſupplicium vergere poſſint, de quibus ſaltim aliquô caſu reperitur in legibus pœna mortis ſtatuta eſſe. Nam aliàs in poteſtate Judicis non eſt, in crimine licet variô, & hinc arbitrariæ coërcitionis, vitam, (quippe cujus domina lex eſt,) cuiquam adimere.

mere. Circa quam doctrinam plurimi aberrant. L.B.de Lyncker *analect. ad Locam. n.22. h.*

Ad Qu. 40.

perſona publica, &c.) Sicut enim *qualibet vis armata* publicam conſtituit : ita viciſſim *publica* eſſe poteſt, quæ *non armis*, ſed tamen perſonæ publicæ, v. c. intentatur, aut ad tumultum ſpectat, aliôve modô ſecuritati publicæ vim infert. L.B.de Lyncker. *anal. ad* §. 8. *h.*

Ad Qu. 41.

ob l. 18.) Quia domus tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum ſit.

hodie arbitraria) Vid. Author. *comment. I. h. in Uſ. Hod. p. m. 1030.*

Ad Qu. 44.

honeſtam perſonam) quoad meretricem verò tantum pœna extraordinaria obtinet. Author. *comm. I. h.*

libidinis) Imò licèt *matrimonii cauſâ*. vid. L. B. de Lyncker. *analect. ff. L. 48. tit. 5. th. 41. pag. 494.* Secus ſi alterius, licèt improbæ rei cauſa hominem rapuerit. vid. Author. *comment. I. h. p. m. 1031.*

Ad Qu. 45.

Niſi hodie) Vid. Author. *comm. I. h. d. pag. 1031. in Uſ. Hod.* Add. omninò L. B. de Lyn-

Lyncker. *reſponſ. 143.* ubi doctrina de raptu ſolidè reſolvitur.

Ad Qu. 46.

dicitur Sacrilegium) quod jure *canonicô* & Carolinô *art. 71.* triplici ratione committitur. vid. Author. *comm. I. h. p. m 1032.*

non eſt commiſſa) Aliàs crimen de reſiduis committitur. Author. *d. l.*

L. 9. §. 21.) Lege: *L. 9. §. 2. ff. ad L. Jul. pecul.*

Ad Qu. 50.

Hodie ferè) Add. Author. *comm. Inſt. h. p. m. 1032. in Uſ. Hod.*

Ad Qu. 52.

Hodie capitalis eſt) Interdum. *d. §. 10. h.* vid. Author. *comm. I. ibid. in Uſ. Hodiern.*

Ad Qu. 53.

publicum) Cur hoc publicè vindicatum ſit? vid. Author. *comm. I. h.*

de qua tit. X. de Simon.) Conf. Author. *comm. I. h. p. m. 1034.*

Ad Qu. 54.

Hodie fere impune) Non ſine detrimentô Reipubl. vid. Author. *comment. I. d. l. in Uſ. Hod.*

Ad

Ad Qu. 55.

repetundarum) ſcil. pecuniarum; aliàs dicitur Barattaria. Author. *comm. I. h.*

Ad Qu. 56.

gravior) De Uſu hodiernô vid. Author. *comm. I. h. p. m. 1034. ſeq.*

Ad Qu. 57.

impeditur) Vid. Author. *comm. I. h. p. m. 1035.*

Ad Qu. 58.

extraordinaria) De Uſu hodierno, vid. Author. *comm. I. d. l.*

Ad Qu 60.

reſtitutio rei) Habent crimina hæc de *Reſiduis*, *Repetundarum*, & *Peculatus*, quoniam cauſam pecuniariam continent, *irregularia* quædam, v. c. quod *in heredes* certa ratione competant, citra morem aliorum judiciorum publicorum. L. B. de Lyncker. *analect. Inſt. in fin. h. t.*

tertia ejus parte) De Uſu hodiernô, præſertim in Saxoniâ, vid. Author. *comment. Inſt. h. t. in fin.*

S. D. G.

Digitized by Google

00565676 0
Digitized by Google